



Specimen litterarium exhibens disquisitionis de linguae Paulinae idiomate tomum I-II

<https://hdl.handle.net/1874/287623>

SPECIMEN THEOLOGICUM

EXHOBENS

**DISQUISITIONIS DE LINGUAE PAULINAE
IDIOMATE TOMUM II.**

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI CHRISTIANI MILLIES,

THEOL. DOCTOR., LITT. HUM. PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

DIE XXV M. JUNII, ANNI MDCCCLXVI, HORA II.


BERNARDUS ALBERTUS LASONDER,

Grollensis.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD L. E. BOSCH ET FILIUM.

MDCCCLXVI.




EGBERTO HEIMERICO LASONDER

FRATRI DILECTISSIMO,

AMICIS, SODALIBUS

D. D. D.

SCRIPTOR.



CONSPECTUS.

PARS GRAMATICALIS.

	pag.
PRAEMONENDA	1
SYNTAXIS	7

C A P U T I L.

Articulus.

§ 1. Articulus praemissus vocibus nomen ulterius definientibus	7
§ 2. Articulus pronominis vice. Articulus praemissus primariis sententiae vocibus	8
§ 3. Articulus primariis sententiae vocibus non praemissus.	9

C A P U T I I.

Pronomen.

§ 4. Pronomen personale	10
§ 5. Pronomen demonstrativum.	12
§ 6. Pronomen relativum	13
§ 7. Pronomen indefinitum <i>τις</i> . Pronomen hebraitans	13

C A P U T III.

Nomen.

	PAG.
§ 8. Genitivus	14
§ 9. Dativus	17
§ 10. Accusativus	20
§ 11. Adjectivum. Comparativus. Superlativus. Numerale, . .	21

C A P U T IIII.

Verbum.

§ 12. Activum et medium. Passivum. Tempus.	23
§ 13. Indicativus, conjunctivus et optativus. Particula <i>et</i> . .	26
§ 14. Imperativus. Infinitivus. Participium.	30

C A P U T V.

Particula.

§ 15. Praepositio, imprimis regens genitivum.	35
§ 16. Pracpositio cum dativo. Cum accusativo.	37
§ 17. Permutatio praepositionis et repetitio. Periphrasis per praepositionem. Constructio verbi cum praepositione compositi	41
§ 18. Conjunctio	44
§ 19. Adverbium. Negandi particula. Constructio negandi particulae. Interrogandi particula.	50

C A P U T VI.

Sententiarum structura et conjunctio.

§ 20. Sententia ejusque elementa in universum. Appositio. .	55
§ 21. Asyndeton. Trajectio	58
§ 22. Parenthesis	63
§ 23. Anacoluthon et oratio variata	65
§ 24. Ellipsis	71
§ 25. Pleonasmus	77
§ 26. Breviloquentia (, constructio praegnans) et attractio. .	83

§ 27. Hypallage. Paronomasia , annominatio , parallelismus et versus	pag. 87
---	------------

A D D I T A M E N T U M.


(pag. 90.)

APPENDIX

S I V E

INQUISITIO DE EPISTOLAE AD EPH. LINGUA , UTRUM PAULO TRIBUENDA SIT NEC NE.

TRAEMONENDA	92
LOCA SELECTA	100
Caput I: 1—14.	100
Caput II: 1—7	122
Caput III: 13—19.	127
Caput IIII: 17—20.	134
Caput V: 6—14.	138
Caput VI: 21—24.	143
Epicrisis.	146



PARS GRAMMATICALIS.

PRAEMONENDA.

Quamvis jam satis apparuerit ex praemisso introitu non tantum hujus opusculi consilium, sed etiam quid sibi velit haec pars grammaticalis, reliquum est ut nonnulla lectorem moneam, antequam aggrediar ipsam rem, id est PAULI apostoli grammatica qualis sit.

Tamen sequentia mihi videbantur haud parvi esse momenti. Exponendum enim est inter alia, quomodo fieri possit ut in tractanda alicujus grammatica non sermo sit de ejus etymologia. Num data opera est omissa, annon? Vel forte specie tantum fallimur? et mutato ordine usitato praemittitur syntaxis, subsequitur etymologia? Minime. Negligentiae culpa speciosior est, quam verior. Sane prorsus est omissa laudata illa materies a qua vulgo initium sumitur. Nec non talem ob causam, quae facile sit probanda; quae scilicet magna ex parte haec est: non operae pretium mihi visum est seorsum,

agere de illo argumento, de etymologia, quippe quae in hoc libello tantum non nusquam materiam praebet tractandam. Eoque facilis omittendi inibi consilium, quia omnes hujus generis observationes sine ullo scrupulo et aptissime in parte lexicali absolvit possent.

Quae cum ita sint factum est ut, etymologiae cum lexicalis partis argumento in unum corpus redacto, grammatical parti supercessit tantum syntaxis. Necesse autem est, quemadmodum sponte jam apparet ex causa qua ductus omisi etymologiam, hanc syntaxin habere, ut ita dicam, fragmenti quodammodo formam¹⁾. De hac enim meae disquisitionis parte idem valet quod ALEX. BUTTMANN praedicat²⁾ de grammaticae suae etymologia, commemorans exemplum quod WINER praebuerat.

Postrema haec enunciatio me dicit ad novum quoddam monendum. Nomen dixi praeclari illius philologi GE. BENED. WINERI: ipsum eum volo. Ut dicam quod sentiam: breviter mihi exponendum est de necessitudine ejus grammaticam inter et hanc meam partem grammaticalem. Quam quidem necessitudinem, si tali exemplo illustrare mihi licet, haud inepte sane comparo cum ea, quae cernitur inter ambas illas grammaticas, quarum unam scripsit PH. BUTTMANN, alteram ALEX., ejus filius: uti, postquam pater egerat generatim de lingua Graeca,

1) Dicere possem: „ein etwas fragmentarisches Aussehn“; quo titulo ornare dicit ALEX. BUTTMANN criticum quendam (in ZARNCKE's litterarischem Centralblatt) grammaticae suac etymologiam.

2) Gramm. p. V. sq. „Da..... die Abweichungen keineswegs sehr erheblich sind, so konnte, wenn eben die Aufgabe war, nur das charakteristische hervorzuheben, das Werk keine andere Gestalt gewinnen, wie es auch bei WINER im formellen Theile ebenso der Fall ist.“ Syntaxis suac ratione habita alia observat BUTTMANN: II. p. VI. sq.

filius tractavit speciatim Novi T. linguae idioma, — ita, postquam WINER inquisivit de codem hoc idiomate, ego volui disquisitionem de Paulinac linguae proprietate. Sine dubio haec, uti omnis comparatio, claudicat; in hacce allata autem quam minime desideratur tertium comparationis. Quod quidem hoc est: neque ALEX. BUTTMANN sine cortice navit, neque ego, sed secuti sumus sua quisque ratione grammaticam quandam, quae jam praesto erat. Qualis sequendi ratio, apud illum nimis servilis uti videtur saltem rerum externarum ratione habita, spero fore ut in meo opusculo satis evaserit libera. Hanc ob causam praeter praemissas singulis paragraphis uncinas, quae monstrarent ubi WINER idem tractaverit argumentum, praemisi etiam inscriptiones, quae nullo titulo addito per se constare possent. Quales caeterum inscriptiones oriundae sunt ab iis, quibus WINER utitur, quemadmodum in universum putabam hunc grammaticum esse talem, qui haud parum frueretur auctoritate, et nonnisi honoris causa esset nominandus. Et hanc imprimis ob causam ejus grammaticam ex omni parte dignam habui, a qua penderet hujus disquisitionis pars grammaticalis: quippe quae grammatica et radicitus rem tractare et acu tangere solet. Sane vehementer dolendum est, quod ante hoc aevum non majorem operam docti impenderint inquirendo de Novi T. grammatica, itaque WINER non invenerit hanc materiem magis excultam. Haud dubie hac in re multa inter alios jam praestiterat GERSDORF ¹⁾, sed etiam de eo probe tenendum est: *nulla* non idem dicit quod *multum*; et hoc quidem — *multum* — huic viro docto, caeteroquin non male merito

¹⁾ In opere: Beiträge zur Sprachcharacteristik der Schriftsteller des N. T.

de Novi T. grammatica, pro rata parte nimis deerat ¹⁾. Caeterum haec prioris aevi virorum doctorum negligentia, quam WINER dolet maxime ubi Novi T. hebraismi proprietatem explicare conatur ²⁾, non tantum cernitur in grammaticae studio: eadem res etiam offendiculum est hujus aevi λεξικογραφοις ³⁾.

Multa addere jam monitis de modo quo se habeat pars gramm. et de eo quo in ea componenda versatus sim, neque volui neque debui. Lectores cupidi talia discendi ipsam adeant hanc disquisitionis partem. Quod autem ad meum usum attinet versionis quam grammaticae a WINEO conscriptae praebuit J. Th. BEELEN ⁴⁾: ipsa res docet me illa, utpote non optimo jure dicenda

1) Adeo quidem ut WINER (Gramm. p. 483 sq.) ita de eo judicet: „dass derselbe ein kritisches Verfahren vorgeschlagen und zum Theil geübt hat, welches den Vorwurf der Einseitigkeit verdient.”

2) WINER (Gramm. p. 30), ut hoc obiter dicam, de hac proprietate explicanda ita sentit: „Hierbei haben wir aber nicht die LXX zum Grunde zu legen auch nicht zunächst die Lehrstücke des N. T. sondern wir müssen vor allem den erzählenden Styl der Apocryphen, der Evangelien und Apostelgeschichte betrachten”. Operac pretium autem est conferre quantopere dissentit K. H. A. LIPSIUS, de quo scilicet audit (Gramm. Untersuch. ü. die bibl. Gräcit., herausgeg. von Dr. R. A. LIPSIUS: ü. die Lesezeichen. p. VII): „Der Verfasser, welcher seine literarischen Arbeiten mit Einzeluntersuchungen über den Neutestamentlichen Sprachgebrauch begonnen hatte, sah sich bald dazu getrieben, die sprachliche Erscheinungen der LXX ins Auge zu fassen, um von den hier gewonnenen Resultate aus zu einer Grammatik der gesammten biblischen Gräcit. zu gelangen.”

3) Quod sponte jam apparent ex sententia de lexico a SCHLEUSNERO composito, lata a FR. BLEEKIO (Einleitung in das N. T. p. 83: „den einzelnen Wörtern wird eine Unzahl von Bedeutungen aufgedrängt”); cui assentitur WINER (Gramm. p. 164, 5. edit.; in 6. edit. desideratur hoc judicium, non vero hujus simile: p. 361).

4) Grammatica graecitatis Novi Testamenti quam ad G. WINERI ejusdem argumenti librum composuit J. TH. BEELEN. Lovanii 1857.

opere aucto atque emendato, tantum non nihil proficere potuisse. Aliquatenus tamen ea usus sum, scilicet in reddendis quorundam paragraphorum inscriptionibus; alioquin mihi parum utilis erat, et ne hoc quidem de ipsa perhibere possem quod libenter praedico de grammatica, quam S. CHR. SCHIRLITZ composuit ¹⁾: etiam post lectam grammaticam a WINERO compositam hic liber non sine fructu legitur. Negari sane non potest WINERUM proposito meo longe melius quam illos convenire; imo etiam multo magis ad hocce quadrat quam ALEX. BUTTMANN, quippe quoniam ille non tantum omnibus numeris aequae absolutus est atque hic, sed etiam fusius res tractat et magis idoneus est ut pote non pendens ab alio quodam auctore — saltem non tali modo ut ALEX. a Ph. BUTTMANNO —. Tandem interroganti: quare non utramque grammaticam apud unumquemque paragraphum citaverim? respondeo, omnino me hoc mecum volvisse, sed laudare ALEX. BUTTMANNUM non operae pretium mihi visum esse, imprimis quum jam minus arcte cohaercret meum opusculum cum eo. Quaerenti autem: quomodo re prope inspecta versatus sim in sequendo WINERO? — neque instar servi, uti modo jam dixi, neque summis imis miscendis, sed quantum facere potui libere eum secutus sum: ita scilicet ut discreparem modo ibi loci, ubi pro re nata et propositi ratione habita non aliter fieri posse mihi persuasum erat. WINER enim — quod non possum non repetere — sui generis talis mihi visus est philologus, quem libentissime honoris causa nomino. Vere Fr. BLEEK, commemorans varias Novi T. graecitatis grammaticas, summopere hujus operi favet ²⁾.

¹⁾ Saepius jam laudata: Grundzüge der Neutestam. Gräcität.

²⁾ Einleitung in das N. T. p. 82. Praemissa hac sententia de gram-

Imo magis magisque de eo libro perhiberi poterit quod de aliis cujusdam philologi praedicat J. FR. FISCHER¹⁾: „nominis opera, tam multa doctissimorum hominum puncta tulisse, quam WELLERI, viri memoria ob plurima alia, imprimisque in rem Christianam, promerita immortali dignissimi, ea in doctrinarum parte studium videtur.”

matica quam edidit Ph. H. HAAB: „Doch ist das noch ein sehr man- gelhafter Versuch, der bald ganz verdrängt ward durch die vorzüglichen Arbeiten von GE. BENED. WINER”, — ita judicat de citato opere: „Dieses epochemachende Werk ist bis jetzt nicht übertroffen worden.”

1) In „Libello animadversionum quibus JAC. WELLERI grammatica Graeca emendatur, suppletur, illustratur” (Lips. 1751).



SYNTAXIS.

CAPUT I.

Articulus.

§ 1.

Articulus praemissus vocibus nomen
ulterius definitibus.

(Winer § 20.)

Si primarium quoddam substantivum articulum habens
sequuntur definitiones ex nomine cum praepositione con-
stantes, articulo repetito addi debent¹⁾. Quatuor autem has
dicendi formulas: *κατὰ σάρκα*, *ἐν Χριστῷ*, *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*,
ἐν νυρὶ per se jam Paulinas dicendas, PAULUS hac in re
discrepans a cacteris Novi T. auctoribus²⁾ saepe addit,
articulo non repetito³⁾: Rom. 9 : 3: *τῶν συγγενῶν μου*
κατὰ σάρκα, 15 : 17: *τὴν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, 16 : 3,

1) ALEX. BUTTMANN (Gramm. p. 80 sq.) primum huic sententiae aliquatenus se opponens, deinde nihilominus assentitur.

2) Opponi nequit 1 Petr. 5 : 10; nomen cum praepositione hic non ad substantivum sed ad verbum pertinet.

3) Quomodo hoc ita fieri posset breviter exponit WINER (Gramm. p. 124): „Der Fall schliesst sich wohl an die Umgangssprache an, welche, da sie das lebendigere Mittel der Stimme hat, schwerlich überall den Artikel setzte.“

8: τὸν ἀγαπητὸν¹⁾ μου ἐν κυρίῳ, 9: τὸν συνεργὸν ὑμῶν
ἐν Χριστῷ²⁾, 10: τὸν δόκιμον³⁾ ἐν Χριστῷ, 13: τὸν
ἐκλεκτὸν¹⁾ ἐν κυρίῳ, 1 Cor. 10: 13, Gal. 3: 26.

Exceptio ejusmodi, — tantum non omnino referenda ad linguae Paulinae idioma proprie sic dictum: quamvis enim exceptio distinguit PAULUM a caeteris Novi T. scriptoribus, frequens est non tantum apud illum sed etiam apud auctores extra Novum T.³⁾ —, quoque occurrit, si jam nominis substantivi radix construitur cum praepositione, vel additamentum ex ipsa rei natura sequitur substantivum: Rom. 6: 4: διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον (: v. 3: εἰς τὸν θάνατον ἐβαπτίσθημεν), 2 Cor. 7: 7: τὸν ὄμοιον ζῆλον ὑπὲρ ἔμοῦ (: Col. 4: 13: ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν [πολὺν πόνον] ὑπὲρ ἔμοῦ), 9: 13: τῆς ποιωνίας εἰς αὐτὸν καὶ εἰς πάντας (: Phil. 4: 15: ἐκοινώνησεν εἰς λόγον).

§ 2.

Articulus pronominis vice. Articulus praemissus primariis sententiae vocibus.

(Winer § 17 sq.)

Pro articulo cum μέν δέ, — i. e. pro δ μέν δέ —, PAULUS uti non aliis Novi T. auctor (semel) habet δε μέν ἀλλας δέ: 1 Cor. 12: 8.

Magis frequens, imo occurrens quoque in Novo T. extra PAULI epistolas, non re ipsa igitur pertinens ad linguae Paulinae idioma, est usus articuli neutrius generis (*τοῦ*) ante integras periodos, saepius tendens ad epexegesin

1) Proprie adjectivum, hic subst. ponitur; igitur locus citatus eodem jure laudatur ac Rom. 9: 3. Cf. ALEX. BUTTMANN. Gramm. p. 147.

2) Ἐν Χριστῷ: minus probabile εν κυρίῳ.

3) Vidd. loci laudati apud WINERUM. Gramm. p. 123 sq.

indicandam. Hujus usus praeter PAULUM imprimis exempla praebet LUCAS: Rom. 13 : 9 : τὸ γὰρ οὐ μοιχεύστεις ἀγακεφαλαιῶται ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον κτλ., 14 : 13 : τοῦτο κρίγατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα κτλ., Gal. 5 : 14 : (ὁ)νόμος ἐν ἐνὶ λόγῳ πεπλήρωται, ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον κτλ. (cf. 8 : 26), Luc. 1 : 62 : ἐνένευον τὸ τι ἀνθέλαι καλεῖσθαι αὐτόν, 9 : 46 : τὸ τις ἀν εἴη μεῖζον αὐτῶν, 22 : 2 : ἔζητουν τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν.

Neque unice pertinet ad linguam Paulinam mos omitendi articulum ante vocabulum *Χριστός*. Praeter PAULUM scilicet PETRUS saepius scribit sine articulo ¹⁾: Rom. 5 : 6 : Χριστός ὑπὲρ ἀτεβῶν ἀπέθανεν, 8, 8 : 10, 17, 9 : 1, 10 : 4, 6 sq., 12 : 5, 14 : 9, 15, 15 : 18, 20, 29, 16 : 5, 10 ²⁾, 1 Petr. 1 : 11, 19, 2 : 21, 3 : 16, 18, 4 : 1, 14, — nisi nomen unde *Χριστός* pendet jam praeditum sit articulo ³⁾; e contrario evangelistis, fere semper articulo exstributus hoc nomen proprium, usitatum est δ *Χριστός*.

§ 3.

Articulus primariis sententiae vocibus
non praemissus.

(Winer § 19.)

Postremum etiam valet de appellativo *οὐρανός*: praeter

1) Secundum GERSDORFIUM (Beitrage: I) hujus rei causa est, quod, quam PAULUS et PETRUS scribebant, hoc nomen magis magisque nominis proprii vice fungebatur.

2) Locis his sedecim ubi articulus omittitur, (ex epistola ad Rom.) quinque opponi possunt, de quibus constat addendum esse. In 1 Petr. autem nullus exstat locus, de quo omnibus persuasum est opponi posse.

3) Rom. 7 : 4: διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, 15 : 19 : τὸ εἰπαγγέλτον τοῦ Χριστοῦ, 16 : 16 : αἱ ἐκκλησίαι πάσαι τοῦ Χρ., 1 Petr. 4 : 13 : τοῖς τοῦ Χρ. παθήμασιν, 5 : 1 : τῷ τοῦ Χρ. παθημάτοιν.

PAULUM etiam PETRUS saepius omisso articulo posuit οὐρανός: 2 Cor. 5 : 2: τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ, 12 : 2: ἥσε τριτοῦ οὐρανοῦ (, tamen 5 : 1: ἐν τοῖς οὐρανοῖς), 1 Petr. 1 : 4: τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς, 12 : ἀπ' οὐρανοῦ, — dum evangelistae articulum tantum non ubivis adhibent. Apocalypsis nunquam missum facit ante hoc vocabulum.

Eodem modo ἐν κόσμῳ (omissio articulo) in Novo T. extra Paulinas epistolas invenitur tantum 1 Petr. 5 : 9.

Ante Θεός pro rata parte saepe epistolae — haud minime Paulinae — articulum omittunt, imprimis si praecedit praepositio, vel si in genitivo est et pendet ab alio nomine sine articulo: Rom. 2 : 17: ἐν Θεῷ, 3 : 5: Θεοῦ δικαιοσύνη, 8 : 9: πνεῦμα Θεοῦ, 27, κατὰ Θεόν, 13 : 1: ἀπὸ Θεοῦ, 15 : 7: εἰς δόξαν Θεοῦ, 8: ὅπερ ἀληθεῖας Θεοῦ. Idem valet de nomine κύριος: 1 Cor. 7 : 22: ἐν κυρίῳ, 10 : 21: ποτήριον κυρίου τραπέζῃ κυρίου, 16 : 3: ἔργον κυρίου; dicitur (κύριος) in Evangeliiis saepius de Deo, in epistolis imprimis Paulinis de CHRISTO, qui sensim paulatimque magis hoc vocabulo indicari cooperat.

C A P U T II.

Pronomen.

§ 4.

Pronomen Personale.

(Winer § 22.)

Ο αὐτός sequente dativo personae — *idem, uniusmodi* — in Novo T. ¹⁾ occurrit tantum 1 Cor. 11 : 5: τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

1) Loci aliorum auctorum vidd. WINER. p. 135.

Duo¹⁾ exstant loci, ubi pronominis personalis primae pers. sing. forma genitivi non enclitica (*ἐμοῦ*) pendet a nomine substantivo: Rom. I : 12: *πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ*, 16 : 13: *τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ*; pronomen enim laudatum cum aliis genitivis conjunctum emphasi ibi utitur. Alioquin enclitica genitivi forma (*κοῦ*) semper usurpatur, si primae pers. sing. pronominis personalis genitivus possessivi vice fungi debet. Caeterum utroque hoc loco ea in re Novi T. mos observatus est, quod substantivum praecedit, non vero pronomen. Hujus moris exceptiones tamen minime desunt: Mt. 2: 2, Mr. 5: 80, Joh. 2: 23, Rom. 14: 16; saepius enim genitivus pronominum personalium, imprimis *μοῦ* et *σοῦ* (rarius *ἡμῶν*, *ὑμῶν*, *αὐτῶν*), imo emphasi carens praecedit substantivum ejusque articulum. Suas autem exceptiones habet PAULUS: nam Paulinae dicendi rationis est, uti occurrit neque alibi in Novo T. neque quovis loco²⁾, interpositio pronominum *ἡμῶν* et *ὑμῶν* substantivum inter et articulum: Rom. 16: 19: *ἡ ὑμῶν ὑπακοή*, 1 Cor. 9: 12: *τῆς ὑμῶν ἔξουσίας*, 2 Cor. 1: 6: *ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας* (bis), 7: 7 (ter), 8: 18 sq., 11: 8, 12: 19, 13: 9.

In Novo T. solus³⁾ PAULUS usurpavit *ἐμαυτοῦ* loco pronominis *ἐμοῦ*, ubi pro possessivo hoc pronomen poni debuissest⁴⁾: Cor. 10: 35: *τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον*.

1) Non scilicet huc referendum est Mt. 16: 23, ubi lectio *ἐμοῦ* rejicienda est. Vid. TISCHENDORF ad h. 1.

2) Non enim hue pertinet — quod saepius etiam extra Novum T. occurrit — talis interpositio, ubi interjecto pronomini aliquid adhuc accedit, v. c. 1 Pet. 1: 18, 5: 9: *εἰς τὸν κόσμον ὑμῶν ἀδελφότητι*, 2 Pet. 3: 15, Jud. 20, Rom. 6: 6: *ὁ παλαιὸς ὑμῶν ἀθρῷωπος*, 2 Cor. 4: 16: *ὁ Φίλως ὑμῶν ἀνθρώπος*. Cf. ALEX. BUTTMANN, p. 102.

3) Ejusmodi extra Novum T. haud pauci.

4) Unde explicandum? vid. ALEX. BUTTMANN. p. 101: *).

§ 5.

Pronomen demonstrativum.

(Winer § 28)

Attractio qualis nulla nisi apud PAULUM est adhibita, scilicet ellipsis pronominis demonstrativi *οὗτος* non tantum, sed etiam praepositionis unde demonstrativum pendet, invenitur Rom. 10: 14¹⁾: πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ (εἰς τοῦτον οὐ) οὐκ ἔχουσαν;

Saepius — non tamen apud PAULUM unice, sed inter alios quoque apud JOHANNEM — occurrit quidam pleonasmus ut ita dicam, i. e. nonnunquam idem demonstrativum praecedit particulas *ὅτι*, *ἴνα* etc., infinitivum²⁾ vel nomen praedicti loco positum, ut sequens enunciatio majorem consequatur emphasis: Rom. 2: 3³⁾: λογίζηται δὲ τοῦτο *ὅτι* κτλ., 6: 6: τοῦτο γινώσκοντες *ὅτι* κτλ., 14: 9, 1 Joh. 1: 5, 2: 3, 3: 11, 23 sq. Jac. 1: 27, 4: 1.

Quae significatio a neutro plurali *ταῦτα* non aliena est (scilicet notio contemnendi) extra Novum T.⁴⁾, fortasse etiam valet 1 Cor. 6: 11: καὶ ταῦτά τινες ὄπει, et talis farinae fuisitis homines; fieri tamen potest haec vocabula hoc loco sibi tantum velle: et ex hoc genere fuisitis.

1) Præter 1 Tim. 2: 10 fortasse, ubi tamen longe probabilior est alia explicatio. Utrum autem conferri possit nec ne, propositi ratione habita, nihil interest.

2) Operæ practium est conferre infra § 14.

3) Non praetereundum est silentio, hoc loco *τοῦτο* inter et *ὅτι* positum esse vocativum ex pluribus vocabulis constantem.

4) Cf. BERNHARDY. Synt. p. 281.

§ 6.

Pronomen relativum.

(Winer § 24.)

Imprimis est Paulinae scribendi methodi, varias inter se conjungere sententias repetito pronomine relativo, etiamsi hoc pronomen attineat ad diversa subjecta: Rom. 1 : 2, 5 sq., 4 : 17 sq., 8 : 34, 9 : 4 sq.: οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλεῖται, ὃν οὐ νοθεστίκα ὃν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὃν ὁ Χριστός κτλ., 1 Cor. 2 : 7 sq., Luc. 3 : 16 sq., 1 Petr. 2 : 22 sq.

Unice in Novo T. est Paulinae dicendi rationis — si quidem eorum interpretum sententia omne fert punctum, qui putant hic δ pro $\kappa\alpha\theta'$ per ellipsis esse scriptum — integrum ante periodum uti relativi neutro singulari (δ) significatione *quod attinet ad, quod*: Rom. 6 : 10: ὁ δὲ ζῆ, ζῆ τῷ Θεῷ, Gal. 2 : 20: ὁ δὲ νῦν ζῶ ἐν σωρᾷ, ἐν πίστει ζῶ κτλ. Utroque tamen loco δ aequa facile pro accusativo sumi potest, quemadmodum etiam est sententia plurinorum imprimis recentiorum ¹⁾ interpretum.

§ 7.

Pronomen indefinitum $\tauι\zeta$. Pronomen hebraizans.

(Winer § 25 sq.)

Pronominis indefiniti neutrum singulare ($\tauι$), aequa ac nonnunquam ²⁾ alibi, ita interdum in Novo T. ponitur

1) Cf. inter alios v. HENGEL ad Rom. 6: 10, nec non FRITZSCHE. MEYER aliquatenus et maxime WINER (p. 151) medii esse praferunt.

2) Vidd. v. c. loci laudati apud HERMANNUM (Vig.) (p. 152), ALEX. BUTTMANNUM (p. 100: 16) et apud MEYERUM (ad Gal. 6: 3).

pro *aliquid magni*: scilicet vertendum est *εἰμὶ τι* per *aliquid sum* (dicendi formula \equiv *magni aliquid sum*) locis hisce Paulinis ¹⁾: Gal. 2 : 6: ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι ²⁾, 6 : 3: εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τι μηδὲν ὄν, 15 : οὐτε γὰρ περιτομή τι ἔστι οὐτε ἀκροβυστία. —

Eodem modo, quamvis pronomen reciprocum ἀλλήλων ubivis in Novo T. usitatum est, subinde etiam ibidem uti saepius alibi ³⁾ circumscriptio verborum adhibetur: ὑπὲρ ἀλλήλων PAULUS reddidit per εἰς ὑπὲρ τοῦ ἐνός 1 Cor. 4 : 6: ἵνα μὴ εἴς ὑπὲρ τοῦ ἐνδεικτοῦ φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. WINER (p. 156) hoc quadam ex parte aramaeum (non hebraismum) esse perhibet.

CAPUT III.

Nomen.

§ 8.

Genitivus.

(Winer § 30.)

Ad Paulinam dicendi rationem referenda est conjunctio articuli *οἱ* cum genitivo nominis proprii alicujus: Rom. 16 : 10 sq.; ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου Ναρκίσσου, 1 Cor. 1 : 11: ὅπὸ τῶν Χλάδης. Praeter 1 Cor. 15 : 23: *οἱ τοῦ Χριστοῦ*, et Gal. 5 : 24: *οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ*,

1) Neque Mt. 20 : 20 hic pertinet, neque Act. 5 : 39 : Mt. II. sane τι exstat, sed alia significatio; Act. II. omnino eadem est significatio, sed τινα pro τι legitur.

2) BEELEN (Gramm. p. 170) pro εἰναι τι scripsit εἰναι τι; cf. BEELEN. II. (2).

3) Nonnullorum auctorum exempla affert WINER. p. 156.

ubi tropicus valet sensus, hic genitivus a plerisque resolutur per *qui alicujus sunt, pertinent ad aliquem*, — cum alii his vocibus *familiares* indicari velint, alii *servos* alicujus. Propria igitur vis scribendi hujus formulae quam minime sponte apparat; contra viri docti jam dudum hac de re disputant¹⁾.

Obvia maxime est apud PAULUM — hunc ergo auctorem in mentem revocat — conjunctio duorum triumve genitorum quorum aliis alium regit: Rom. 2 : 4: ἢ τοῦ πλούτου τῆς χριστότητος αὐτοῦ..... καταφρούεται; 11 : 33²⁾: ὁ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, 2 Cor. 4 : 4: τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ χριστοῦ, Hebr. 9 : 12: τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, Apoc. 18 : 3: ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτοῦ. Idem valet de genitivi alicujus disjunctione a nomine regente (per vocabulum quoddam interpositum): Rem. 9 : 21: ἢ οὐκ ἔχει ἔξουσίαν ὁ περικενές τοῦ πητοῦ; 1 Cor. 8 : 7, 10 : 27: εἰ δέ τις καλεῖ ὅμας τῶν ἀπίστων, 2 Cor. 3 : 6³⁾, Gal. 2 : 6, 6 : 9, 1 Petr. 3 : 21, Joh. 12 : 11: πολλοὶ δὲ αὐτὸν ὑπηγούν τὰν Ιουδαίων.

Exemplum genitivi positi post adjективum *σύμμαρφος* solus in Novo T. praebet PAULUS: Rom. 8 : 29: προσέρισεν σύμμαρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Quare genitivus loco dativi positus sit? vid. WINER (p. 175 sq.); minus recte

1) Non ita ancipites haerere possumus in Act. 16: 33: οἱ αὐτοῦ πάτερες, quippe quae vocabula illustrantur v. 32: σὺν πᾶσιν τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

2) Dubiam esse hujus versus interpretationem notum est. Sed utravis praeferatur, hi genitivi semper haud dubie exempli gratia affiri possunt.

3) Quare in verborum constructione formula οὐ γοργυματος ἀλλὰ πρειμαρος addenda sit nomini διακόνους (non καιρῆς διαθήκης)? vid. ALEX: BUTTMANN (p. 322) et maxime MEYER (ad. h. l.).

uti videtur v. HENGEL (ad h.l.) judicat. Hujus vero interpretis sententia haud dubie probanda est, quum (ad Rom. 6 : 5: *σύμφυτοι . . . τῷ ὅμοιώματι . . . τῆς ἀναστήσεως ἐσόμεθα*) adjectivo *σύμφυτος* genitivum abjudicat¹⁾. — *Ἐπιτυγχάνω*, quod vocabulum ubivis cum genitivo (quem casum quoque *τυγχάνω* in Novo T. semper habet) constructum videtur, modo a PAULO sequente accusativo usurpatum: Rom. 11 : 7: *τοῦτο*²⁾ οὐκ ἔπέτυχεν.

Plura variaque exstant exempla³⁾ genitivorum absolutorum non optimo jure adhibitorum, sed proprie alias casus vice fungentium. Omnibus caeteris autem locis genitivus praecedit enunciationem, ad quam pertinet, sed tantum⁴⁾ apud PAULUM exemplum praebetur genitivi qui sequitur: 2 Cor. 4 : 17 sq: *κατεργάζεται ἡλιն, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα κτλ.* Non autem fortuito, sed ut verum verbum veram haberet emphasis, PAULUS ita construxit vocabula. — De alio quodam genitivo, scilicet appositionis, vid. infra § 20, Quid sibi velit Paulina dicendi formula *κλητὸὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ?* cf. tom. I. in voce *κλητός*.

1) Probare conantur MEYER et DE WETTE, *σύμφυτος* Rom. 6 : 5 revera construi cum genitivo.

2) Minus probabile enim est *τούτου*, quod Tischendorf plurimique alii, firmis nisi argumentis, rejecerunt. Strenue autem *τούτου* (vel *τούτῳ*) defendit v. HENGEL (ad h. l.).

3) Loci ubicunque allati vidd. WINER. p. 186. Cf. etiam ALEX. BUTTMANN. p. 289 sq.

4) Hebr. 8 : 9 : *ἐν γηράσα ἐπιλαβομένου μου κτλ.* non obstat: missa enim observatione hic non primitivi aliquid occurrere, sed citatum tantum ex LXX, monendum est haec verba serviliter modo reddere **בַּיּוֹם הַתְּנִיקֵי בְּרִים לְהֹצִיאָם מִארֶץ מִצְרָיִם** (J) **הַתְּנִיקֵי;** **(בַּיּוֹם הַתְּנִיקֵי בְּרִים לְהֹצִיאָם מִארֶץ מִצְרָיִם :** 32: unde etiam explicandum est genitivo absoluto temporis definiendi causa adhuc additum esse (quod sane ineptum est) *ἐν γηράσα*.

§ 9.

D a t i v u s.

(Winer § 31.)

Linguae Paulinae idiomatis est dativus post καταλλάσσω τινα : 2 Cor. 5 : 18: ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἐσυτῷ, 19: Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἐσυτῷ. Contra non apud PAULUM tantum invenitur πέποιθά τινι (: 2 Cor. 10 : 7: εἰ τις πέποιθεν ἐσυτῷ), sed etiam apud auctores extra Novum T., — quemadmodum fieri potest ut constructio χρῆματι τι obvia sit et apud hos ¹⁾ et apud illum: 1 Cor. 7 : 31: οἱ χράμενοι τὸν κόσμον ²⁾.

Καυχῶμαι, in Novo T. tantum non unice apud PAULUM usurpatum ³⁾, ibi nusquam nisi in epistolis Paulinis construitur cum accusativo rei et dativo personae: 2 Cor. 7 : 14: εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, 9 : 2: μακροθυμίᾳν ὑμῶν ἦν καυχῶμαι Μακεδόσιν. Στήκω autem, tantum non unice in Novo T. occurrentis, plane nusquam nisi in epistolis Paulinis construitur cum dativo ⁴⁾: Rom. 14 : 4 τῷ ἴδιῳ κυρίῳ στήκει, Gal. 5 : 1: τῷ ἐλευθερίᾳ στήκετε. Dativus hicce a στήκω pendens aliquatenus *dativus commodi* est dicendus; aliquatenus: nam nactus est *dativus commodi et incommodi* ibidem et

1) Auctores scilicet aevi recentioris. Vidd. BERNHARDY (Synt. p. 95: 56), WINER (p. 188).

2) Alii dativum volunt hoc loco. Immerito: vid. TISCHENDORF ad h. l., nec non ALEX. BUTTMANN. p. 157 sq. — Act. 27 : 17 accusativus quam minime est probabilis.

3) Bis in epistola JACOBI; non alibi. Contra PAULUS (tantum in ὄμοι.) saepius quam tricies utitur.

4) Ejusmodi dativus etiam 2 Cor. 1: 24. Cf. tom. I. in voce ἵστημι.

alibi in ore Paulino¹⁾ specialem quandam significacionem, a caeteris hujusmodi dativis revera alienam, quemadmodum sponte appareat ex locis afferendis, laudato dativo itidem exstructis: Rom. 6 : 10: ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ, 11: ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, 14 : 4: τῷ ἴδιῳ κυρίῳ..... πίπτει, 6: ὃ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ Φρονεῖ..... καὶ ὁ ἑσθίων κυρίῳ ἑσθίει, 7: οὐδεὶς γάρ ἡμῶν ἔσυντῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἔσυντῷ ἀποθνήσκει, 8: τῷ κυρίῳ ζῶμεν..... τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν, 1 Cor. 11 : 29: κρίμα ἔσυντῷ ἑσθίει καὶ πίνει; tractatus igitur dativus jure meritoque ad linguae Paulinae idioma refertur²⁾.

In epistolis Paulinis — nec non extra Novum T.³⁾; in Novo T. autem extra epistolas Paulinas vix, aut uti videtur ne vix quidem — subinde offenditur dativus quodammodo instrumenti, vertendus per *propter* vel per aliam hujusmodi particulam alicujus rei *fontem* indicantem: Rom. 4 : 20: διεκρίθη τῷ ἀπιστίᾳ, 11 : 20: τῷ ἀπιστίᾳ εξεκλάσθησαν, 12 : 12: τῷ ἐλπίᾳ χαιρούντες, 1 Cor. 8 : 7: τῷ συνειδήσει... τοῦ εἰδόλου... ἑσθίουσιν, 2 Cor. 1 : 15: ταυτῷ τῷ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρότερον ἐλθεῖν, Gal. 6 : 12: ἵνα τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ μὴ διώκωνται. Idem⁴⁾ valet de casu modali s. dativo *modum* (*quo*) indicante: Rom.

1) Addi quodammodo potest PETRI nomen. PAULUS tamen pro rata parte multo saepius utitur tali dativo, et praeterea plerumque longe propior illi est quam PETRUS (: 1 Petr. 2 : 24: ἵνα νῆ δικαιοσύνη ζήσωμεν).

2) Vidd. ALEX. BUTTMANN (p. 155: 12) et WINER (p. 188). Puto tamen minus recte illos hic retulisse *τεργός εἰμι τινες, ἀνογγειοπαι τινες* (1 Petr.) etc., quippe qui dativi vertendi videntur (cf. ALEX. BUTTMANN. II. in fine) per quod attinet ad, *ratione habita*: cf. WINER. p. 190 (4) et 193 (6).

3) Ejusmodi loci vidd. WINER. p. 193; cf. maxime BERNARDY. Synt. p. 101 (imprimis⁶⁸) sq., nec non. v. HENGEL ad Rom. 11 : 20.

4) Non enim obstant — utpote non revera casu modali praediti —

8 : 24: τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐτάθημεν, 1 Cor. 11 : 5: γυνὴ προσευχομένη ἡ προφῆτεύσουσα ἀκαταλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, 2 Cor. 9 : 14: αὐτῶν δεῖται ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθεύσυτων ὑμᾶς. Casum modalem inter et instrumentalem est dativus — in Novo T. nonnisi apud Paulum usitatus — post verbum πληρῶ (πληροῦμαι: Rom. 1 : 29: πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, 2 Cor. 7 : 4: πεπληρωμαι τῇ παρακλήσει).

Apud quosvis auctores Graecos, imprimis autem in Novo T.¹⁾, passim praepositiones dativi vice funguntur. Rom. 3 : 24 tamen PAULUS, addens dativo τῇ χάριτι praepositionem διὰ sequente genitivo (διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως), quam minime varia illa constructione idem exprimit: dativus *fontem* indicat unde emanat hominum probatio, διὰ modum agendi²⁾. Nihilominus talis dicendi ratio PAULO non est inusitata: duplex enim dativus, ita compositus ut fingat σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος invenitur³⁾ 2 Cor. 12 : 7: ἐδέη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ. Hujusmodi dativus, nusquam alibi in Novo T. obvius, subinde etiam offenditur extra Novum T.⁴⁾; quam minime autem hoc valet de dativo ἀπίστοις 2 Cor. 6 : 14: μὴ γίνεσθε ἐπερζυγοῦντες ἀπίστοις, — qui cum verborum sensu bene congruit, non autem cum verbis ipsis⁵⁾.

Dativus denique directe pendens ab aliquo substanti-

v. c. hi loci: Mt. 7: 22, Jud. 6 (: δεομοῖς ἀνδίοις est dativus instrumenti).

1) Universe Novi T. characteris est usus frequens praepositionis alicuius loco casus cuiusdam: WINER. p. 34.

2) Cff. WINER (p. 194 sq.) et v. HENGEL (ad h. l.) inter alios.

3) Cff. ALEX. BUTTMANN (p. 162) et WINER (p. 197). Ita quoque DE WETTE interpretatus est 2 Cor. 12 : 7, aliter autem MEYER.

4) Vid. WINER. p. 197. Cf. BERNHARDY. Synt. p. 88 sqq.

5) Cf. MEYER ad h. l., nec non WINER. p. 198 sq.

tivo — σχῆμα Κολοφῶνιν, extra Novum T. satis frequens ¹⁾ — in Novo T. proprio usurpatur unice a PAULO : 2 Cor. 9 : 11: διὰ ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ, 12: διὰ πολλῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ, 11 : 28: ἐπιστασίς μοι (lectio varians) ²⁾. Nam Luc. 4 : 16 (: τὸ εἰαθός αὐτῷ) et Act. 17 : 2 (: τὸ εἰαθός τῷ Παύλῳ) v. c. minus vere huic referuntur: dativus his locis magis explicandus est ex vi verbi, non igitur pendet uti apud PAULUM a quodam substantivo.

§ 10.

Accusativus.

(Winer § 32.)

Φεύγω, metaphorice usurpatum (quemadmodum in Novo T. tantum occurrit in epistolis dictis Paulinis: vid. tom. I. in voce), accusativum regit apud quemcunque auctorem; PAULUS tamen semel illud verbum hoc sensu quasi proprius esset sensus cum praepositione (ἀπό) construxit: 1 Cor. 10 : 14: Φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

Πενθῶ, Apoc. 18 : 11 cum praepositione constructum (πενθοῦσιν ἐπ' αὐτήν), in Novo T. accusativum regit tantum apud PAULUM (2 Cor. 12 : 21: πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτυρών κτλ.), aequo ac saepius extra Novum T. Ad Paulinae autem linguae idioma referendus est accusativus post εὐχαριστῶ (2 Cor. 1 : 11: τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῆ) et post καυχῶμαι (2 Cor. 7 : 14: εἴ τι κεκαύχημαι, 9 : 2: τὴν προθυμίαν ὑμῶν ἦν ὅπερ δικῶν καυχῶμαι, 11 : 30: τὰ τῆς ἀσθενείας μου

1) Inter alios vidd. loci laudati apud WINERUM. p. 189.

2) LACHMANN, RÜCKERT et MEYER inter alios hujus lectionis praestantiam probare conantur: ad h. l. Praeterea cf. ALEX. BUTTMANN. p. 156.

κακοχήστρων), quae verba caeteroquin cum praepositione construuntur, et ita quidem ut postremo (*κακοχώματι*)¹⁾ plerumque in Novo T. praepositio *ἐν* adjungatur, *ἐπὶ* (sequente dativo) autem nonnisi apud PAULUM: Rom. 5: 2: *κακοχώμεθα ἐπ’ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.* Verbum *ἐλπίζω*, aliis Novi T. locis aliter constructum, ibi tantum apud PAULUM praepositionem *ἐν* post se habet: 1 Cor. 15: 19: *ἐν Χριστῷ ἡλπιζότες ἐσμέν,* quemadmodum apud illum etiam fieri potest ut praepositio *ἐπὶ* (sequente dativo) occurrat: Rom. 15: 12: *ἐπ’ αὐτῷ ἐλπιζούσιν*²⁾.

Breviloquentia quaedam prorsus ad Paulinam dicendi rationem referenda — necessitudo quam minime arcta verbum inter et accusativum obliqui, ut ita dicam. objecti — invenitur³⁾ 2 Cor. 3: 18: *τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενα, 6: 13: τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν πλατύγυνητε καὶ ὑμεῖς.*

§ 11.

Adjectivum. Comparativus. Superlativus. Numerale.

(Winer § 34 sqq.)

Ad scribendi rationem Novi T. auctorum generatim, Paulinam speciatim, referenda sunt hujusmodi adjectiva substantiva posita⁴⁾: *ὁ πιστός, πιστοί, ἄγιοι, ἐκλεκτοί, ἀμαρ-*

1) Vid. ALEX. BUTTMANN. p. 160.

2) Citatum ex Jes 11: 10, ubi LXX pro *אָלֵין נַיִם יְדָרְשָׁן*

hoc habet; haec igitur observatio levioris est momenti.

3) Scilicet non specie, omnino autem gradu, differunt loci illi (Joh. 11: 44, Hebr. 11: 22 sq., nec non extra Novum T.), ubi ejusmodi accusativus etiam ocurrat: necessitudo memorata ibi magis est arcta.

4) Talium adjectivorum statim memoranda constructio — interveniente autem articulo — etiam obvia est extra Novum T.: BERNHARDT. Synt. p. 316.

τωλοί: Rom. 15 : 31 : *τοῖς ἀγίοις*, 16 : 2 : *ἀξιωσ τῶν ἀγίων*,
 1 Cor. 6 : 2 : *οἱ ἀγίοι κόσμου πρινοῦσιν*, 2 Cor. 6 : 15 :
τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Qualia autem adjectiva
 apud PAULUM nonnunquam usque adeo abeunt in sub-
 stantiva, ut aliud quoddam adjectivum vel genitivus —
 ne interveniente quidem articulo — iis addatur: Rom.
 1 : 7 : *πᾶσιν οὐκτοῖς ἀγίοις*, 8 : 33 : *τις ἐγκαλέσει
 ποτὲ ἐκλεκτῶν Θεοῦ*, 1 Cor. 1 : 2 : *οὐκτοῖς ἀγίοις*¹⁾). —

Tota lingua Graeca exempla praebet usus gradus
 positivi pro comparativo.²⁾ Neque desunt in Novo T.
 Ibi vero tantum PAULUS usus est vocabulis *τέλω* ή signifi-
 catione malo quam: 1 Cor. 14 : 19: *θέλω πέντε λόγους
 διὰ τοῦ νοὸς μου λαλῆσαι . . . ή μηρίους λόγους ἐν γλώσσῃ*. —
 Saepius viri docti immerito perhibuerunt, passim in
 Novo T. loco superlativi comparativum esse positum;
 immerito: scilicet non satis firmis nisi sunt argumentis.
 Huic errori album calculum adjicientes imprimis pro-
 vocarunt ad 1 Cor. 13 : 13: *μείζων δὲ τούτων ή ἀγάπη*.
 Hic tamen locus prope inspectus nihil habet quo talis
 sententia commendaretur³⁾). —

Pleraeque Novi T. dicendi formulae, quae antea
 habebantur verborum circumscriptiones positae more
 Hebraico pro superlativo gradu, aliter sunt accipiendae.
 His maxime ii loci sunt annumerandi ubi vocabulum
Χριστός secundum nonnullos superlativi vice fungeretur:
 Rom. 9 : 1: *ἀληθεῖαν λέγω ἐν Χριστῷ*, 2 Cor. 11 : 10 :
ἔστιν ἀληθεῖα Χριστοῦ ἐν ξει, quippe qui loci etiam
 misso tali auxilio facile explicari possunt⁴⁾). —

1) Cf. SCHIRLITZ (Grundzüge. § 42), WINER (p. 209).

2) Ne autem temere ita loquamur. Antea nimis multa attulerunt
 exempla. Cf. BERNARDY. Synt. p. 437 : 86).

3) Cf. WINER (p. 216), ALEX. BUTTMANN (p. 73).

4) Locos laudatos imprimis HAAB ita interpretatus est. Cf. WINER. p. 222.

Numeralia distributiva desunt in lingua Graeca; circumlocutiones igitur eorum loco ponuntur. PAULUS, quemadmodum alii Novi T. auctores, tali linguae proprietate usus est ut in ejusmodi circumscriptione interdum post *κατά* adhibueret *εἰς* tanquam indeclinabile; hac autem in re quoque discrepat a cacteris Novi T. scriptoribus quod posuerit compositionem δὲ καθ' εἰς: Rom. 12 : 5 : δὲ καθ' εἰς ἀλλήλων μέλη. — Aequo ac extra Novum T.¹⁾ semel PAULUS τοῦτο addit neutro singulari numeralis ordinalis sumti pro adverbio: 2 Cor. 13 : 1: τρίτου τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

C A P U T III.

Verbum.

§ 12.

Activum et medium. Passivum. Tempus.

(Winer § 38 sqq.)

Discrimen activam formam inter et medialem ejusdem verbi, in Novo T. plerumque probe observatum, interdum tamen prorsus negligitur. Quoque de epistolis Paulinis hoc valet: activae enim formae vice fungi vindentur²⁾ media *ἀρμόζομαι* (2 Cor. 11 : 2: *ἱμοστάμην γὰρ ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένου ἀγνήν*) et *προέχομαι* (Rom. 3 : 9: *Τι οὖν; προεχόμεθα;*); contra quam minime PAULUM effugit

1) Vid. WINER. p. 224. Cf. BERNHARDY. Synt. p. 106 sq.

2) Sententiam a sequente diversam tuentur inter alios de verbo *ἀρμόζομαι* ALEX. BUTTMANN (p. 167) et MEYER (ad 2 Cor. 11: 2), de *προέχομαι* MEYER (ad Rom. 3: 9).

aliquid interesse activum inter et medium verbi ἐνεργῶ: scilicet apud PAULUM subjectum efficiens in activo est personale (1 Cor. 12: 6: Θεὸς δὲ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, 11: πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα, Gal. 2: 8: ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ ἐνήργησεν κἀμοι, 3: 5: δὲ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν), in medio vero impersonale (Rom. 7: 5: τὰ παθήματα τῶν ἀμαρτιῶν. . . . ἐνηργεῖτο, 2 Cor. 1: 6: σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης, 4: 12: ὁ θάνατος ἐν ὑμῖν ἐνεργεῖται, Gal. 5: 6: πίστις δὲ ἀγάπης ἐνεργουμένη), — quemadmodum etiam recte distinxit activum ἀποκαλύπτω (1 Cor. 2: 10: ἡμῖν γὰρ ἀπειάλυψεν δὲ Θεός, Gal. 1: 16: ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἔμοι) a medio κατακαλύπτομαι (1 Cor. 11: 6: εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ κατακαλύπτεσθαι, 7: ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ἐφείλετο κατακαλύπτεσθαι). Ad verbum ἐνεργῶ praeterea quod attinet, cum in Novo T. paene a PAULO modo adhibetur, caeteri auctores in eo adhibendo non peccant; medium autem verbi ποιῶ, apud PAULUM suo semper loco positum ¹⁾, alibi nonnunquam locum suum cedere debet activo ²⁾: Mr. 3: 6: οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἐποίουν κατ’ αὐτοῦ, Ic. 1: 72: ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, 10: 37: δὲ ποιήσει τὸ ἔλεος μετ’ αὐτοῦ; — imo medium hujus verbi (ποιοῦμαι), si Acta excipis, in Novo T. tantum non unice usurpatur a PAULO.

Uti alia deponontia media alibi in Novo T., ita λογίζομαι apud PAULUM futurum ³⁾ passivum habet passiva

1) BLUME (LYCURG.), p. 55: (*ποιοῦμαι*) «cum substantivis junctum periphrasin facit verbi quod aut notatione aut certe notione nomini apposito conveniat.” Cf. WINER. p. 229.

2) Quod re vera longe differt a medio; BLUME. ll.: (est ποιῶ,) «quotiescumque accusativus substantivi abstracti accedit”. Cf. WINER. p. 229.

3) Praesens (λογίζομαι) cf. tom. I. in voce. Aoristus passivus (ἔλογισθη) in Novo T. saepe sensu passivo usurpatur.

significatione: Rom. 2: 26: ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; eodem modo χαριζομαι aoristo passivo utitur (passiva significatione): 1 Cor. 2: 12: τὰ . . . χαρισθέντα ἔμεν. Ultimum hoc verbum — cuius utpote deponentis sensu transitivo perfectum (*κεχάριτηαι*), in Novo T. apud PAULUM tantum non unice obvium, sensu est transitivo — subinde circumscribitur¹⁾ tanquam „deponens medium cum perfecto passivo sensu activo²⁾.“ —

Verbum quod construitur cum genitivo vel dativo personae ubi passive ponitur, in lingua Graeca personae nomen fit subjectum. Hujus regulae Novum T. varia quoque praebet exempla. Verbum autem πιστεύω ibi nonnisi apud PAULUM eo modo adhibetur: Rom. 3: 2: (οἱ Ἰούδαιοι) ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, 1 Cor. 9: 17: οἰκονομίαν πεπιστεύμαι, Gal. 2: 7: πεπιστεύμα τὸ εὐαγγέλιον. —

Tametsi fieri possit, quemadmodum rem prope insipienti sponte apparebit, ut aoristus interdum plusquamperfecto ponatur, nihilominus ex ipsa perfecti natura sequitur, ut de eo tempore idem praedicari nequeat.³⁾ Quae cum ita sint, non facio cum iis qui alii cuicunque Novi T. auctori neque cum iis qui PAULO hoc illo loco (v. c. Gal. 4: 4: δὲ δὲ ἥλθεν τὸ πλήρωμα

1) Cf. v. c. HARTING. Handwb. in voce *κανχώματι*.

2) In parte mea lexicali verbum *χαριζομαι* v. c. hoc titulo non ornavi. Quare non? Quia quo jure ita inscriberetur re ipsa intelligere nequai. Neque satis perspexi quae WINTER (p. 232) data opera laudat perfectum certorum nonnullorum deponentium (*διδέγματα κτλ.*) Certe nihil ignoti praebet, sed omnia sponte apparent (cf. ALEX. BUTTMANN. p. 168). Nam luce clarius est verbum quoddam deponens, cum activo utatur sensu, in tempore perfecto non passive usurpari (sed etiam active). — Hanc ob causam non operae pretium imo vitio duxi in voce *χαριζομαι* v. c. perfecti (*κεχάριτηαι*) commemorationem.

3) Cf. WINTER. p. 247.

τοῦ χρόνου)¹⁾ hunc usum obtrudant. — Ut probarent subinde apud PAULUM futurum vice praesentis fungi, immerito provocarunt ad Rom. 3: 20: ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιώσεται πᾶσα σάρξ, 30: ἐπείπερ εἴς δ Θεός, δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πλευρῶν, Gal: 2: 16: ἐξ ἔργων νόμου τὸ δικ. κτλ. Vis autem futuri his locis non multum a praesentis vi differt: norma praebetur quae valebit oeconomia Christiana vigente — re Christiana in mundum ingressa —²⁾.

§ 13.

Indicativus, conjunctivus et optativus.
Particula *ὅτι*.

(Winer § 41 sq.)

Conjunctio *ὅτι* in Novo T., aequa ac alibi, plerumque³⁾ modum subjunctivum vel optativum post se habet vel indicativum futuri. In ὁμολογουμένοις autem Paulinis duo exstant loci ubi sequitur indicativus praesentis: 1 Cor. 4: 6: ἵνα μὴ εἴς ὑπὲρ τοῦ ἐνὸς Φυσιοῦσθε, Gal. 4: 17: ἐκκλεῖται ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτὸν ζηλοῦτε. Quamquam adsit ratio qua inita hic fugi potest quaestio, num indicativus (praesentis) sequi possit conjunctionem *ἵνα* nec ne — perhibendo scilicet *ἵνα* his locis esse adverbium *ubi*, *qua in conditione, quo in casu*⁴⁾ — ,

1) Ita v. c. HARTING. Handwb. in voce δτε. Plura de hoc usu in medium affert ALEX. BUTTMANN (p. 171), qui item sententiae modo rejectae album calculum adjecit.

2) Cff. WINER (p. 251), MEYER (ad Rom. 3: 20).

3) Excipiendas sunt lectiones quaedam variantes: Joh. 17: 3: ἵνα γινώσκονται, Gal. 6: 12: διάκονται, Tit. 2: 4: σωφρονίζονται, 2 Pet. 1: 10: ἵνα ποιεῖσθαι, Apoc. 13: 17: διραται.

4) Ita MEYER (ad II.) et FRITZSCHE (ad Matth. p. 836 sq.). Hic

res aliter explicanda videtur. Laudata enim conjunctio posteriore tempore non tantum priorem vim, sed etiam priorem constructionem amiserit ¹⁾. PAULUS igitur, utpote auctor Graecus aevi recentioris, una cum aliis hujus nominis scriptoribus ²⁾ plerumque quidem conjunctionem *ἴα* usitato modo construxerit, subinde tamen etiam cum indicativo praesentis. Contra longe aliam constructionem — nempe praesentis imperativum (post *ἴα*) — usurpatam habemus 1 Cor. 1: 31: *ἴα καθὼς γέγραπται· Ο καυχόμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω.* Qua autem ratione explicanda sit haec postrema verborum structura? vid. infra § 23. — Conjunctio *ἄστε*, tanquam particula „coordinans” — *quare, itaque* — ³⁾, verbum finitum post se habet. In Novo T. saepius ita indicativus sequitur. Unicam autem ansam incidendi in conjunctivum, qui quidem est conjunctivus exhortativus, nobis praebet PAULUS 1 Cor. 5: 8: *ἄστε ἐορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾱͅ.*

Optativi usus, jam valde limitatus apud Novi T. auctores, omnium maxime adhuc frequens ibi est in optandi formulis. Proprius vero hicce optativus non tantum in lectione quadam a nonnullis variante dicta (Apoc. 3: 15: *ὅφελον ψυχρὸς ἡς ἡ ξεστές*), sed etiam duobus locis Paulinis bene testatis cedere debet in

autem postea mutavit sententiam aliquamque accepit locis citatis lectionem. — Caeterum non mirabimur horum interpretum sententiam, dummodo probe teneamus, propriam vim voculae *ἴα* nihil aliud fuisse quam *quo, ubi*: vid. KLOTZ (DEVAR.). p. 616.

1) Cf. WINER. p. 259 sq. — Prior illa conjunctionis vis jam aliquatenus imminuta est 1 Cor. 9: 18.

2) WINER p. 259 sq. *Ira* seq. ind. imp.: BERNARDY. Synt. p. 376.

3) Ubi *ἄστε* est particula „subordinans” — *īta ut* —, in Novo T. tantum non ubique infinitivus sequitur.

dicativo praeteriti: 1 Cor. 4 : 8: ὅφελον ἐβασιλεύσατε, 2 Cor. 11 : 1: ὅφελον ἀνείχεσθέ μου μηρόν. Hoc tamen inde explicari potest, quod verbum ὅφελον (ὅφελον) vera sua natura amissa plane in particulam abierit¹⁾; quod deinde vocabulum indicativum praeteriti post se habet eodem jure ac v. c. particula εἴθε²⁾. — Aliqua- tenus differt alius locus Paulinus item vocabulo ὅφελον exstructus (: Gal. 5 : 12: ὅφελον καὶ ἀποκόφονται), quippe quo indicativus futuri uti saepius optativi vice fungitur³⁾. Cujus rei exemplum PAULUS itidem praebet in con- struenda conjunctione εἰπως; haec enim particula, alibi in Novo T. cum optativo constructa, apud PAULUM indicativum futuri post se habet, eodem tamen sensu ac si optativus sequeretur: Rom. 1: 10, δεδύνενος εἰπως ἂδη ποτὲ εὐωδοθήσομαι, 11 : 14: εἰπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα. — Falluntur autem egregie qui perhibent, nec non fieri posse ut in scriptis Paulinis hujus (optandi) optativi vice functa inveniatur interrogatio⁴⁾. Saltem ut hoc probarent immerito provocarunt, accipientes μετά- βασιν εἰς ἄλλο γένος, ad Rom. 7 : 24: τίς με ἃντεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θυνάτου τουτοῦ; —

Plura observanda sunt in linguae Paulinae idiomate quod attinet ad usum conjunctionis ξ. Primum miro modo PAULUS eam adhibuit 1 Cor. 7 : 5; nempe hoc loco, uti alibi⁵⁾ tantum non nusquam, prorsus omissum est verbum:

1) Cujus rei exempla exstant etiam extra Novum T.: vidd. WINER (p. 270), HERMANN (VIG.) (p. 274; cf. de verbo ὅφελον [ὅφελον] in universum p. 756 sqq.).

2) KLOTZ (DEVAR.), p. 516: „aoristus de re de qua, quom non facta sit olim, nunc nobis gratum fore significamus, si facta esset illo tempore.” Cf. WINER. p. 270.

3) Cf. ALEX. BUTTMANN (p. 189), WINER (p. 270).

4) Extra Novum T. loci minime desunt: cf. WINER. p. 26.

5) Cf. MEYER (ad II.), WINER (p. 271).

μὴ ἀποστερεῖτε ἄλλοις, εἰ μή τι ἀν ἐκ συμφώνου. Variis modis hanc ellipsis interpretantur ¹⁾. Omnia maxime verisimilis profecto illa est interpretatio, qua ἀν additur praecedentibus ²⁾ εἰ μή τι (εἰ μή τι ἀν, nisi forte), et qua verbum γίνομαι subauditur, cuius indicativus ³⁾ haud dubie optime in hoc nexu quadrat. — Eodem modo deinde ἀν jungendum videtur ⁴⁾ praecedenti conjunctioni (ὡς) 2 Cor 10 : 9 : ἵνα μὴ δόξω ὡς ἀν ἐκφοβεῖν (ὡς ἀν, *tanquam, quasi*), unico loco quo in Novo T. post ἀν ponitur infinitivus; hic tamen infinitivus, probata interpretatione memorata, non a sola particula ἀν pendet, sed ab inter se junctis ὡς ἀν pendere debet. — Porro mira quaedam ellipsis, non verbi tantum, uti 1 Cor. 7 : 5, sed etiam ipsius voculae ἀν, scilicet in periodis hypotheticis referendis ad classem quartam vulgaris divisionis ⁵⁾, cuius ellipseos alterum exemplum saltem in Novo T. frustra praeter ἔμολογούμενα Paulina quae-sivi, obvia est 1 Cor. 12 : 17 : εἰ ἔλον τὸ σῶμα ὁ φθαλμός, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ἔλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφησις; 19: εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἐν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; (Gal. 3 : 21 : ἐκ νόμου ἡ δικαιοσύνη) ⁶⁾. — Praeterea huc pertinet ejusdem classis

1) Cf. imprimis ALEX. BUTTMANN. p. 189 sq.

2) Cf. 2 Cor. 13 : 5 : εἰ μή τι ἀδόκιμοι ἐστε.

3) Cf. infra 2 Cor. 10 : 9 : ὡς ἀν ἐκφοβεῖται.

4) Cff. ALEX. BUTTMANN (p. 189), MEYER (ad 2 Cor. 10: 9). — WINER (p. 277), jungens ἀν infinitivo ἐκφοβεῖν, dissolvit ὡς ἀν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς in ὡς ἀν ἐκφοβοῦμι ὑμᾶς (*tamquam qui velim vos terrere*).

5) Omissae particulae ἀν in periodis hypotheticis memoratis plura exempla variorum scriptorum vidd. apud HERMANNUM (Vig.) (p. 485), WINERUM (p. 273); hic tamen forte non satis firmis nititur argumentis aliquatenus perhibens, Novi T. talia exempla ex posterioris temporis graecitate esse explicanda.

6) Quacritur, num haec lectio varians hue referenda sit? Codices Augiensis et Boern. missum faciunt ἀν ἢν.

sequens periodus hypothetica, Gal. 4: 15: μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἰ δυνατὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἐδώκατε μοι, ubi praeter omissum verbum *ἢ* in protasi observanda est ellipsis particulae *ἢ* addenda aoristo *ἐδώκατε* in apodosi; quae quidem ellipsis sine dubio nullam aliam ob causam quam rhetorica adest¹⁾. Accedit denique alia ejusmodi periodus, 2 Cor. 11: 4: εἰ . . . ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν οὐρύσσει παλῶς ἀνείχεσθε, quo loco in apodosi et anacoluthon quoddam (*ἀνείχεσθε* pro *ἀνέχεσθε*) occurrit et conjunctionis *ἢ* ellipsis.

§ 14.

Imperativus. Infinitivus. Participium.

(Winer § 43 sqq.)

Imperativus subinde, propria jubendi vi destitutus, in permissivum abiit. Quinam loci jure meritoque hoc modo explicentur? viri docti hac de re disputant. Qui qui autem sint loci, quorum adhuc sub judice lis est²⁾, optimo jure sine dubio huc referuntur ex *δρολογ.* Paulinis ambo sequentes: 1 Cor. 7: 15: εἰ δὲ ὁ ἀπιστος χωρίζεται, χωρίζεται (dissolvere matrimonium ei licet), 14: 38: εἰ δέ τις ἀγνοῖ, ἀγνοεῖται (inscio esse ei licet³⁾). —

1) Cacterum alibi itidem hanc ob causam *ἢ* est omissum: ALEX. BUTTMANN. p. 195. — Praeter il. de omissa vacula *ἢ* cf. inter alia BERNARDY. Synt. p. 373 sq.

2) Inter alios memorandi sunt, prope autem inspecti hue non referendi: Mt. 8: 32, Joh. 13: 27, 1 Cor. 11: 6, — neque præterundi: Mt. 23: 32, 26: 45, Eph. 4: 26 (vid. ²)), Apoc. 22: 11; de quibus posterioribus jam dignae sunt quae conferant variae sententiae ab uno eodemque WINERO latae: aliae Gramm. 5. ed. p. 360 sqq., aliae Gramm. 6. ed. p. 278 sq.

3) Fieri potest hoc modo etiam explicandum esse Eph. 4: 26: ὁργίζεσθε, qui tamen imperativus, utpote ex LXX (Ps. 4: 5: ὁργίζεσθε καὶ μη ἀμαρτάνετε pro **וְאַל־הַמְּתָאָן וְגַן**) immutatus tantum allatus, hue non referendus est.

Infinitivus alicujus verbi interdum quodammodo substantive ponitur. Quomodo autem quum non aliquatenus tantum, sed prorsus nominis substantivi vim accepit, haud raro articulus τό ei additur. Ab omnibus aliis vero ejusmodi locis ¹⁾ diversus est unus Paulinus, articulo τό etiam exstructus: Rom. 4: 13: ἡ ἐπαγγελία..... τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι, nimirum infinitivus τὸ κληρονόμον εἶναι, per epexegesin explicandus, appositionis instar substantivo ἐπαγγελία est jungendus. — Talis infinitivi aliud exemplum, sed vix quidem cum laudato comparandum, praebet 2 Cor. 10: 2: δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι; mirum in modum, emphatice et ut ita dicam audacter PAULUS hac dicendi formula exprimit se a Corinthiis obsecrare, ne audacia in eos uteretur, ne severum esse ipsum cogerent ²⁾. — Hujus generis infinitivi alia exempla, nec non aliquatenus cum ultimo conferenda, in Novo T. πατέρες εξοχήν in epistolis Paulinis inveniuntur: Rom. 13: 8: δέοιτε τὰ ἀλλήλους ἀγαπᾶν, 1 Cor. 14: 39: τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ πωλύετε, 2 Cor. 8: 10 sq: οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε..... καὶ τὸ ποιεῖν ἐπιτελέσσατε ³⁾, — ubi scilicet infinitivus cum τό, utpote enunciationis objectum, periphrasin facit substantivi

1) In Novo T. omnium maxime convenire videtur aliis locus Paulinus: Rom. 14: 13: τοῦτο..... τὸ μὴ τιθέσαι πρόσκομμα. Cacterum cf. imprimis v. HENGEL ad Rom. 4: 13, nec non WINER. p. 286.

2) Si cum exemplo allato (2 Cor. 10: 2) alia quaedam compararem, πατέρες εξοχήν essent 1 Thess. 3: 3: (παρακαλέοντες) τὸ μηδέτερα συνιεοθεῖν, Act. 4: 18: παρηγγειλαν τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, Iuc. 7: 21: ἔχαρισαν τὸ βλέπειν, — ubi vero et dicendi formula est magis usitata et lectio τὸ quam minime constat.

3) Non praetereundum est silentio, hunc infinitivum ubique potissimum uti hoc loco ponendum esse ineunte enunciatione.

cujusdam abstracti¹⁾. Qualis quidem infinitivus, quamvis jam ad augendam vim additum habeat articulum, apud PAULUM²⁾ practerea subinde demonstrativum τοῦτο accipit³⁾: Rom. 14 : 13 : τοῦτο κρίνατε μᾶλλον τὸ μὴ τιθέναι πρόσωπον τῷ ἀδελφῷ, 2 Cor. 2 : 1 : ἔκρινα ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν, — omissa autem infinitivi articulo 1 Cor. 7 : 37 : τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ ἵδιᾳ καρδίᾳ, τηρεῖν τὴν ἐκυτοῦ παρθένων, siquidem hacc lectio sit probanda. — Quod porro ad infinitivum cum articulo attinet, quum plane substantivi natura sit praeditus, saepius etiam in easibus obliquis occurrit. Quemadmodum (infinitivi) genitivus frequenter ponitur in Novo T., imo si excipis LXX⁴⁾ pro rata parte multo frequentius quam apud alios quoscunque auctores. Hic quoque genitivus, adhibitus ad consilium indicandum — *eo consilio ut* — totius cujusdam enunciationis ratione habita, aliquatenus ad linguae Paulinae idioma est referendus: nempe praeter LUCAM, qui imprimis eo utitur — infinitivus cum τοῦ sensu laudato vel satis noto altero in Evangelio quinques et vices et itidem circiter in Actis —, PAULUS unicus est auctor qui etiam

1) Cff. SCHIRLITZ (Grundzüge. § 37), WINER (p. 288 sq.), ALEX. BUTTMANN (p. 225 sq.).

2) Alibi in Novo T. desunt exempla. Quam minime autem extra Novum T. desiderantur: WINER (p. 145), MEYER (ad 2 Cor. 2 : 1).

3) Vid. supra § 5. — Jac. 1 : 27 : θρησκεία καθαρὰ... αὕτη ἔστιν, ἐπισκέψεσθαι δογματούς ταῦ. cum his locis Paulinis aliquatenus est comparandus; non tantum vero desideratur τό, sed etiam pro τοῦτο exstat αἴτη.

4) Frequentissime ibi occurrit; quo genitivo v. c. usi sunt reddentes Gen. 1 : 14 : לְבָلָתִי נֶהֱנָה זָרָעַ, לְדֹעַת, לְהַבְּדִיל, 24 : 21 : לְהַתְּגִּל עַלְמֵינוּ וְלְהַתְּגִּל עַלְמֵינוּ וְלְקַחַת : 43 : 17 (18) :

crebro eum adhibet ¹⁾. Hic, ut etiam notum est in vulgus, idem est genitivus quem antea philologi per ἐνεκεν (ἐνεκεν) vel χάριν supplere consueverant, hodie autem viri docti iis missis explicant; — caeterum, ut hoc obiter dicam, usus praepositionis ἐνεκεν (ἐνεκεν) sequente infinitivo cum τοῦ unicum exemplum quod adest in Novo T. PAULUS praebet 2 Cor. 7: 12: ἐνεκεν τοῦ Φαγε-ραθῆντος. — Majoris autem momenti quod ad linguae Paulinae idioma attinet usus est infinitivi cum praepositione εἰς, quippe quae forma dicendi adeo accepta est ori Paulino ut infinitivus cum τοῦ nonnunquam post-habeatur eique cedere debeat; quod satis jam probatur uno hocce, vocabulum εἰς sequente infinitivo in epistola ad Romanos decies septies occurrere ²⁾. Eodem fere sensu ac genitivus modo tractatus — eo consilio ut, ad sequente gerundio — PAULUS εἰς ³⁾ sequente infinitivo saepius adhibet: Rom. 1: 11: εἰς τὸ στηριχθῆναι ὄμᾶς, 4: 11: εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πιστέα εἰς τὸ λογι-θῆναι, 16: εἰς τὸ εἶναι βεβαίου τὴν ἐπαγγελίαν; saepissime autem vice fungitur conjunctionis ὅτε (ita ut): Rom. 1: 20: εἰς τὸ εἶναι αὐτὸς ἀναπολογήτος ⁴⁾, 6: 12: εἰς τὸ

1) Neque tamen deest apud alios quosvis auctores, maxime temporis posterioris. Cf. WINER (p. 290), FRITZSCHE (ad Matth. p. 843), BERN-HARDY (Synt. p. 357).

2) Hunc infinitivi usum jure meritoque Paulinum esse dictum, etiam inde apparet, quod apud MATTH., MARC., LUC. et in scriptis Johanneis dictis pro rata vix aut ne vix quidem inveniatur. In his ultimis saepe pro eo adhibetur ἵνα, apud LUC. genitivus modo tractatus, quemadmodum in epistola ad Hebraeos nomen *derivatum* nonnunquam.

3) 2 Cor. 3: 13 ejus loco ἥγος adest. Non autem optimo jure WINER (p. 295) perhibet, apud PAULUM pro rata parte saepe hanc praepositionem ita occurrere: in uno enim MATTHAEI Evangelio saepius est obvia quam in omnibus epistolis Paulinis dictis.

4) Alii hunc locum aliter accipiunt. Operae pretium est conferre quod ALEX. BUTTMANN (p. 227: *) dicit de varia illa sententia.

ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, 7: 4: εἰς τὸ γένεσθαι ὑμᾶς ἔτέρῳ, 5: εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ; denique quam minime desunt loci ubi hic infinitivus pro simplice infinitivo usurpatur vel epexegetice est explicandus: Rom. 3: 26: εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, 12: 3: Φρουρεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, 15: 16: εἰς τὸ εἶναι με λειτουργόν.

Cujus rei exemplum alio quodam Novi T. loco non invenitur, PAULUS praebet Rom. 2: 19, ubi accusativus cum infinitivo verbum πέποιθα sequitur: πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλὸν, — quemadmodum alibi ὅτι plerumque. Eodem modo ἐλπίζω construitur in aliis Novo T. scriptis semper cum infinitivo aoristi, 2 Cor. autem tantum cum infinitivo perfecti: (2 Cor.) 5: 11: ἐλπίζω πεφανερώσθαι, — quale perfectum etiam habemus HOMERI Iliad. XV: 110:

"Ηδη γὰρ νῦν ἔλπομ" Αριή γε πῆμα τετύχθαι¹⁾.

Neque silentio praetereundus esset infinitivus 2 Cor. 10: 9, si interpretationi quam WINER praefert (vid. supra p. 29: ⁴) album calculum adjicerem; cf. autem de eo infinitivo supra p. 29. —

Frequens participiorum usus κατ' ἔξοχὴν in epistola ad Hebraeos observari potest; neque tamen desunt apud LUCAM, itidem non apud PAULUM. Ad hunc autem quod attinet, duo hac in re ei prae aliis Novi T. auctoribus sunt tribuenda. Nempe non tantum plura participia alia aliis addita inter se conjungit — qualis cumulus luculenter cernitur 2 Cor. 4: 8—10 —, sed etiam eorum varia ita usurpat ut enunciationes primarias (non secundarias tantum) fingere videantur; has vero specie

1) Monstravit mihi hunc locum MEYER (ad 2 Cor. 5: 11), qui praeterea laudat HOMERI Od. VI: 297.

modo tales esse, revera autem secundarias, viri docti
hac de re non amplius disputant.

C A P U T V.

Particula.

§ 15.

P r a e p o s i t i o , i m p r i m i s r e g e n s
g e n i t i v u m .

(Winer § 47.)

Hucusque majoris minorisve ambitus specialia tan-
tum excitavimus; addere nunc licet observationem quan-
dam generalem, nimirum spectantem morem Paulinum
in usurpandis plurimis praepositionibus: multarum praepo-
positionum (*maxime δι*) usus Graecis alienus apud PAULUM
praeceteris Novi T. scriptoribus arctissime cohaeret cum
lingua dogmatica pertinetque ad idioma linguac Christianae
(*apostolicae*). Inscii hujus regulae aliarumque ejusmodi
antea Novi T. interpretes summa utebantur libidine in-
vertendis praepositionibus, — adeo ut dici potuerit:
nulla est, ne repugnans quidem significatio, quin quaecunque
*praepositio eam in Novo T. habere dicatur*¹⁾. Cujus erroris

1) TITTMANN. De scriptor. N. T. diligentia gramm. p. 12 (Synon. I p. 207). Effatum mihi indicavit WINER (p. 322), — cuius ipsissima verba (p. 361) idem volunt: „SCHLEUSNERS Deutung der Formel εὐχεοθαι τῷ Θεῷ precari a Deo verdient nur Beachtung als schlagen-
des Beispiel der gränzenlose Empirie.” Caeterum hoc effatum, quamvis judicium satis severum, non mirandum est, quum etiam de eodem opere
haec habeat Fr. BLEEK (Einleitung in das N. T. p. 83): „es ist auch
noch jetzt brauchbar durch das mannichfaltige darin niedergelegte
gelehrte Material, obwohl die Verarbeitung höchst unvollkommen,
mangelhaft und roh ist; den einzelnen Wörtern wird eine Unzahl von
Bedeutungen aufgedrängt”. Cf. supra p. 4 : ²⁾.

causa aliquatenus fuerit peculiaris in Novo T. praepositionum copia; quae quidem copia inde imprimis originem duxit, quod auctores, utpote non valde studiosi Graccorum casuum usurpandorum, constructionem cum praepositionibus praeferrent.

'Eπι cum genitivo apud PAULUM eodem modo ac alibi in Novo T. occurrit; praeterea autem singulari significatione post verbum λέγω usurpat Gal. 3: 16: οὐ λέγειτο Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς κτλ.. quemadmodum (*ἐπι* cum gen.) extra Novum T. nonnunquam post verba *dicendi* ponitur¹⁾, — non prorsus eodem sensu ac *περι* (*de*), sed potius *quod attinet ad*, (alicujus) *ratione habita*. Sic etiam peculiari sensu exstat, uti praeter epistolas Paulinas dictas nusquam in Novo T.²⁾, Rom 1: 10: *ἐπι τῶν προτευχῶν μου δεόμενος*, nimirum *in*, *apud*, *inter*. — Quod *ἐπι* Gal. 3: 16 significat, propemodum sibi vult — ita autem ut proprius absit a vi praepositionis *περι* (*de*), optime igitur reddatur per analogum *super*, improprie acceptum³⁾ — praepositio ὑπέρ, quemadmodum extra Novum T. posteriore maxime tempore⁴⁾, sic etiam saepius in epistolis dictis Paulinis, scilicet post nonnulla verba uti dicunt *sentiendi et declarandi*: Rom. 9: 27: *κατέζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ*⁵⁾,

1) BERNHARDT (Synt. p. 247: imprim's³⁵), WINER (p. 335), MEYER (ad. II.).

2) ALEX. BUTTMANN (p. 89) aliquatenus hoc quoque refert Mt. 1: 11: *ἐπὶ τῆς μετουκεσίας Βαρβιάρος*, Mr. 12: 26 (Luc. 20: 37): *οὐκ ἀρέγοντες ἐπὶ τοῦ (τῆς) βάτου*. Nihilominus haec et Rom. 1: 10 omnino sunt distinguenda: vid. WINER. p. 334.

3) Cf. alibi saepius citatum (VIRGILII Aen. I: 750):

"Multa super PRIAMO rogitans, super HECTORE multa".

4) Cff. WINER (p. 342), ALEX. BUTTMANN (p. 288).

5) SCHIBLITZ (Grundzüge § 48) prope abest ab alia ea sententia, hoc

15: 9: τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσω, 2 Cor. 7: 4: καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν, 8: 23: (γράφω) ὑπὲρ Τίτου. Vix tamen aut ne vix quidem distinguenda sunt quod ad sensum attinet ἐπὶ ll. ([alicuius] *ratione habila*) et ὑπέρ 2 Cor. 1: 6: ἡ ἐλπὶς ὑμῶν βεβαίᾳ ὑπὲρ ὑμῶν, 8: ἀγνοεῖν..... ὑπὲρ τῆς θλίψεως; haec quoque praepositio in Novo T. ¹⁾ ea sua vi tantum usurpat in ὁμολογουμένοις et ἀντιλεγομένοις Paulinis ²⁾. — Denique obiter tangendus est singularis quidam usus PAULO proprius praepositionis διὰ cum genitivo: significat scilicet subinde aliquatenus causam principalem, igitur praepositionis ὑπό (vel παρά) vice fungitur: Rom. 1. 5: δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν ³⁾, 1 Cor. 1: 9: πιστὸς ὁ Θεὸς δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν ζητᾶ (, Gal. 4: 7: καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ). Probe tamen tenendum est quod FRITZSCHE hac de re in medium affert ⁴⁾: sententiae inesse ambiguitatem nequaquam licere.

§ 16.

Praepositio cum dativo. Cum accusativo.

(Winer § 48 sq.)

Dicendi rationis concisio quaedam, eujusmodi aliarum

loco uti etiam 1 Cor. 15: 29 ἵπτεν sensu proprio esse accipendum. Quali interpretationi aliquatenus album calculum adjicit MEYER in ed. 1. quod ad Rom. 9: 27, WINER in ed. 5. (p. 458) quod ad 1 Cor. 15: 29 attinet.

1) Aliunde probe comparant: θάρροις ἵπτεν ἐνείνω (XENOPHONTIS Cyrop. VII: 1: 17).

2) De hac praepositione, adverbialiter posita, vid. infra § 17.

3) Haud optimo jure hic locus hue refertur. Cf. v. HENGEL ad h. l. De ultimo (Gal. 4: 7) idem fere valet; qui (locus) praeterea tantum lectio est varians.

4) FRITZSCHE (ad Rom. 1: 5): «Est autem hic usus ibi tantum ad-

praepositionum etiam est usitata¹⁾, apud PAULUM praepositionis εν occurrit Rom. 11: 2: εν Ἡλιᾳ²⁾, in historia ELIAE, illo loco ubi traduntur res ELIAE, qualem dicendi formulam, quamvis analogae adsint, alteram invenire nequii³⁾. — In usurpando επι cum dativo PAULUS omnino discrepat a caeteris Novi T. auctoribus: non solum fere abstinet, quemadmodum optimae notae Graeci scriptores⁴⁾, ab usu praepositionis επι cum dativo, ubi in cum ablativo ejus vis esse debet ita ut proprie επι cum genitivo exstare oporteret, sed etiam, iterum aequem ac apud laudatos illos scriptores, fieri potest ut utatur ea ad consilium indicandum: Gal. 5: 13: επ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε. — Ineunte § praecedente exstat observatio spectans multarum praepositionum usum Paulinum: valet haec observatio aliquatenus etiam de usu praepositionis σύν. Nimirum usurpatur subinde a PAULO sensu quodam peculiari: de Christiana communione cum CHRISTO interna, spirituali dicta: Rom. 6: 8: ἀπεθάνομεν

missus, ubi nullam sententiae ambiguitatem crearet." WINER (p. 338 sq.) landatae interpretationi aliquatenus album calculum adjicit; alii quam minime.

1) Cf. supra p. 36: 2), ubi vocula επι Mr. 12: 26 explicanda esse videtur: illo loco ubi agitur de rubo. Qualis comparatio majori jure frui videtur quam cajuscunque loci (practer Rom. 11: 2) quo εν exstat, v. e. Hebr. 4: 7: εν Ααβίδ (εν Αανειδ).

2) Cf. maxime v. HENGEL (ad h. l.), qui fuse exponit de varia interpretatione hujus dicendi formulae, — nec non eif. (ad h. l.) FRITZSCHE, MEYER.

3) Plura in usu praepositionis εν linguae Paulinae propria vidd. tom. I. in voce εν.

4) Diximus "fere" (abstinet): non enim plane abstinent. Cf. BERNARDY (Synt. p. 248 sq.) nec non WINER (p. 249 sq.), qui etiam (p. 251) laudat scriptores usurpantes επι cum dativo ad consilium indicandum.

σὺν Χριστῷ, 8 : 32 : σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται, 2 Cor. 13 : 4 : ξήσομεν σὺν αὐτῷ¹⁾. —

Quemadmodum nonnunquam usurpatur praepositio εἰς in dicendi formulis adverbialiter ad gradum indicandum positis, v. c. in εἰς τὸ παντελές, εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τρίς, — ita etiam a PAULO adhibetur in peculiari quodam nexu, scilicet cum articulum habente adjectivo quod gradum monstrat²⁾: 2 Cor. 10 : 13 : οὐκ εἰς τὰ ἀμετρα καυχησόμεθα, 15 : εἰς τὰ ἀμετρα καυχώμενοι³⁾. Paululum tantum differt, magis autem eventum spectat εἰς 1 Cor. 11 : 17 : οὐκ εἰς τὸ κρέσσον ἀλλὰ εἰς τὸ ὄσσον συνέρχεται, ubi scilicet interpretandum videtur: *non ita ut melius sed ut pejus fiat, convenitis.* Hanc tamen vim (eventum indicandi), quemadmodum nusquam alibi in Novo T., vocula εἰς quam maxime habet alio quodam loco Paulino: Rom. 10 : 10 : πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην..... ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν, nec non 13 : 14 : τῆς σωρὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας⁴⁾. Egregie autem falsi sunt qui, quasi studiosi vocabuli eujusdam sensus novi, non flocci fecerunt hujus praepositionis vim propriam eamque redididerunt per *sub* loco sequente Paulino: Rom. 11 : 32 : συνέκλεισεν..... τοὺς πάντας εἰς ἀπειθεῖαν⁵⁾. — Ubi de

1) In alio argomento PAULUS eodem modo utitur οἱ Gal. 3 : 9 : οἱ ἐν πίστεως εὐλογοῦνται οἱ τῷ πιστῷ Αβραὰμ.

2) De tali addito adiectivo eff. MATTHIÄ (Gramm. p. 1849), HERMANN (Vig.) (p. 595).

3) Merito confertur HOMERI Iliad. II : 212 :

Θεοῖστης δ' ἔτι μούνος ἀμετροεπῆς ἐπολέμω,

4) Hunc autem locum alii aliter explicant, et fieri potest ut hoc non pertineat. Vidd. interpretes.

5) Optime omnino convenit versio *in* cum accusativo, eo magis cum etiam Hebraice dicatur v. c. הַסְגָּנִים בֵּין (1 Sam. 23 : 11).

Paulina dicendi ratione agendum est, praepositio κατὰ cum accusativo quam minime erit negligenda. Missis enim, quatenus re vera sunt Paulina, sequentibus in parte lexicali jam tractatis: κατὰ ἄνθρωπον, κατὰ σάρκα atque κατὰ πνεῦμα, — adhuc tractandum superest κατὰ τινα, ubi significat secundum voluntatem, ad libitum aliquius. Quod tamen paucis absolvi potest. Probe modo teneamus, illud κατὰ τινα haud dubie quam maxime esse Paulinum in Novo T. et tantum non ubicunque extra ¹⁾, et speciosius quam verius — quasi ejusdem esset sensus — afferri 1 Petr. 1: 15: κατὰ τὸν καλέσαντα ²⁾. Unice igitur in censem veniunt Rom. (8: 27: κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἀγίουν,) ³⁾ 15: 5: δόη ὅμην τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ⁴⁾, 1 Cor. 12: 8: (δίδοται) λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, 2 Cor. 11: 17: λαλῶ κατὰ κύριον. — Inspicienti partem meam lexicalem (in voce παρά) sponte apparebit, praepositionis παρά me duas commemorasse significationes alibi minus frequentes; puto enim in hujus vocabuli usu PAULUM ita se distinxisse a caeteris Novi T. scriptoribus, ut

וְלֹא הִמְגַּרְתָּנִי בְּרֵד אֹוִב, בְּעַלִי קְעִילָה בְּרֵד הַיְד, Ps. 31: 9:

alibi). Neque obstat, utpote nihil ad rem, Gal. 3: 22: ὅντες τὰ πάντα ὃ πό εμποριεῖ. Caeterum operaे pretium est de dicendi ratione συγκλειστὸν adire doctissimum v. HENGEL ad Rom. II.

1) v. HENGEL (ad Rom. 8: 27) confert frequentata apud HOMERUM aliasque: κατ' αἰσαρ, κατὰ μοῖρα, κατὰ κόσμον.

2) Prope enim hunc locum inspiciens non potui non interpretari ad exemplum ejus qui vocavit.

3) Quem locum WINER (p. 357: imprimis ²⁾) non hoc refert. Neque hoc pertinet ubi Graecorum more accipitur. Vidd. tamen (ad h. l.) v. HENGEL, MEYER.

4) Quemadmodum praecedens exemplum, item hoc ab aliis aliter est explicatum. Et adhuc sub iudice lis est. Tamen iterum atque iterum lectum addere non dabitavi.

semel sumserit sensu *prae*¹⁾, semel sensu *propter*²⁾: hoc 1 Cor. 12: 15: *παρὰ τοῦτο (propterea) οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος*, illud Rom. 1: 25: *ἐλάττευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσκυτα*. — Non perquam rarus est ultimo loco memoratae praepositionis (*παρά*) (ubi cum accusativo ponitur) usus in comparandi enunciationibus. Praepositio autem *πρός* cum accusativo, alibi satis usitata hoc sensu, tantum nonnusquam in Novo T.³⁾ ita usurpatur: nonnisi apud PAULUM occurrit, scilicet in loquendi formula *ἄξιος πρός τι*⁴⁾ Rom. 8: 18: *οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρός τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυθῆναι*, uti fortasse etiam comparisoni inservit 2 Cor. 5: 10: *ἵνα κομιτηται ἐκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρός ἡ ἐπραξέν*.

§ 17.

Permutatio praepositionis et repetitio. Periphrasis per praepositionem. Constructio verbi cum praepositione compositi.

(Winer § 50 sqq.)

Quemadmodum supra, de praepositionibus disserere incipiens, nunc aliquatenus iterum generalem quandam observationem commemoro de praepositionum usu Paulino, quae tamēn observatio et minoris est momenti et ad Paulinam dicendi rationem tantum non unice pertinet: cumulantur nonnunquam variae praepositiones,

1) Cff. v. HENGEL (ad Rom. 1: 25), WINER (p. 360).

2) Cff. SCHIRLITZ (Grundzüge, § 48), WINER (p. 360).

3) Alii scriptores Graeci vidd. HERMANN (VIG.) (p. 649 sq.), WINER. (p. 361), v. HENGEL (ad Rom. 8: 8).

4) Quid sibi velit? vid. tom. I. in voce *ἄξιος*.

ante idem repetitum substantivum quaeque positae, eo consilio ut substantivi notionem omnibus numeris absolutam reddant¹⁾: Rom. 3:22: (*πεφυνέωται*) δικαιοσύνη Θεοῦ..... εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας, 11: 36: ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, 1 Cor. 12: 8 sq.: ὃ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἀλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸν πνεῦμα, ἐπέρι δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, 2 Cor. 3: 18: μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν²⁾, Gal. 1: 1: Παῦλος ἀπόστολος οὐκ ἀπὸ ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου.

Supra (§ 16) jam vidimus egregie falsos esse qui, non flocci facientes praepositionis εἰς propriam vim, eam redididerunt per sub loco sequente Paulino Rom. 11: 32: συνέκλεισε τοὺς πάντας εἰς ἀπίσθειαν. Contra, ut hoc obiter tangam, quoque provocatum est verbi causa ad Paulinos hos locos 1 Cor. 7: 15: ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός, et Gal. 1: 6: ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, probando fieri posse ut praepositio ἐν pro εἰς usurpata inveniatur. Neque hoc jure meritoque est perhibitum. Quod quidem sponte apparet, dummodo probe teneamus καλῶ ἐν τινι his locis nihil aliud significare quam: *in alicuius imperio versatus* *voco*, *in alicuius communione arcesso*³⁾. — Antea praepositiones saepius sine casu usurpabantur pro adverbii. Hujus usus reliquiae in Novo T. tantum non omnino desiderantur: nimirum apud PAULUM praepositio ἐπέρι

1) Scriptores extra Novum T. memorat WINER. p. 373.

2) Conferri potest Mt. 23: 34: διώξειε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. — Caeterorum Novi T. auctorum imprimis opera pretium est laudare: 2 Petr. 3: 5: γῆ ἐξ ὑδατος καὶ δι' ὑδατος συνεστᾶσα.

3) Vid. tom. I. in voce καλῶ. Ἐν εἰρήνῃ pro εἰς εἰρήνῃ inter alios acceperunt BEZA, versio Belgica (Ordin. Gener.) et GROTIUS. Melius WINER (ed. 5. p. 494; quodammodo mutata est sententia in ed. 6.) interpretatur: ἐν εἰρήνῃ = ὥστε εἶναι ἐν εἰρήνῃ.

semel adverbialiter ponitur: 2 Cor. 11: 23: διάκονοι Χριστοῦ εἰσίν; ὑπὲρ ἐγώ (plus ego sum) ¹⁾. —

Nonnunquam in Novo T. κατὰ cum substantivi accusativo periphrasin facit adverbii. Eodem modo κατὰ cum substantivi genitivo constructum semel adjectivi vice fungitur; καθόλου (in universum: Act. 4: 18) enim, quippe quod non adjective usurpatum et jam prorsus in adverbium abiit, in censem venire nequit; tantum igitur laudanda dicendi formula κατὰ βάθους ²⁾, qua PAULUS usus est 2 Cor. 8: 2: κατὰ βάθους πτωχείᾳ ³⁾). —

Verba cum praepositionibus composita alia aliter construuntur. Quod ad composita cum praepositione ὑπέρ attinet, hujusmodi verba in Novo T. plerumque absolute adhibentur; quae tamen excipienda sunt (verba), eorum duo cum praepositione quadam ponuntur, scilicet ὑπερεντυγχάνω et ὑπερφρονῶ, ambo in Novo T. unice in epistolis Paulinis usurpata: Rom. 8: 26: αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν ⁴⁾, 12: 3: μὴ ὑπερφρονεῖ πνοή δεῖ φρονεῖν ⁵⁾.

1) Vidd. WINER (p. 375 sq.), MEYER (ad 2 Cor. 11: 23). Cf. BERNHARDY, Synt. p. 199.

2) Cf. tom. I. in voce βάθος. WINER (p. 341, 377) interpretatur *in die Tiefe reichend*, igitur prope abest ab *in altum, profundum*. Minus recte: hic sensus alienus est a praepositione κατά. Potius quod ad significationem attinet κατὰ βάθους analogum habeatur vocabuli καθόλοι (WINER, p. 377: *durch das Ganze hin*) atque eodem modo explicetur.

3) In quod plane quadrant quae saepius laudantur: ἐοι τὸ μαρτυροῦ ἀρρενοῦ κατὰ βάθους (STRABO: 9: 5). — Cf. ALEX. BUTTMANN (p. 288), WINER (p. 377).

4) Additamentum ῥιπὲρ ἡμῶν est lectio tantum varians, editione recepta probata.

5) Non igitur facio — quamvis neque album calculum adjicio interpretationi doctissimi DE WITTE, aliorum (vid. tom. I. in voce ῥιπερφρονῶ) — cum ALEX. BUTTMANNO (p. 292), perhibente ῥιπερφρονῶ πνοή = ῥιπερφρονῶ ν̄ esse accipendum. In quadam vero notione comparativa PAULUS

§ 18.

Conjunctio.

(Winer § 53.)

Distinguendi sunt Novi T. auctores in usurpanda conjunctione *καὶ*: PAULUS, LUCAS quoque JOHANNES et JACOBUS, utpote magis imbuti Hellenico cultu ingenii ¹⁾, abstinent a caeterorum usu hujus voculae pro rata parte frequente. E contrario conjunctio *τε*, nuda adhibita (neque ipsa repetita, neque alia addita), tantum non unice usurpata est a PAULO ²⁾ quemadmodum a LUCA atque auctore epistolae ad Hebraeos; quod quidem vocabulum, cum *καὶ* conjunctum — *τε* *καὶ* —, apud eosdem etiam occurrit, apud LUCAM autem omnium minime ³⁾. Quod praeterea ad *καὶ* attinet, variae antea significations ei obtrudebantur, quarum autem omnium duas tantum retinendae sunt: *et* atque *etiam* ⁴⁾. Neque igitur probandum est quod antea BEZA — fortasse miratus *καὶ* ineunte parenthesi positum —, nuper adhuc KÖLLNER

revera παρά pro ὅ adhibuit, nempe 1 Cor. 3: 11: θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς σύνταται θεῖται παρά τὸν κτίσματον — vid. tom. I. in voce ἄλλος; cf. WINER (p. 360), MEYER (ad 1 Cor. 3: 11) —.

1) Cf. (de PAULO, LUCA et JOH.) GL. PH. CH. KAISER. Dissert. de speciali JOA. Ap. grammatica (Erlangen. 1842). p. 9: «Et JOHANNES quidem cum PAULO et LUCA Hellenisticis N. T. auctoribus adnumerandus est»; praeterea (de JACOBI epistola) FR. BLEEK. Einleitung in das N. T. p. 80.

2) Ita extra Novum T. a THUCYDIDE: cf. HERMANN (VIG.). p. 518.

3) Contra *τε* (*καὶ* non addito) saepissime in Actis occurrit.

4) Cf. ALEX. BUTTMANN (p. 310), — nec non WINER (p. 386), qui merito inter alia haec laudat verba: «ubique habetur *καὶ* particula, aut simpliciter copulat duas res, aut ita ponitur ut praeter alias res, quae aut re vera positae sunt aut facile cogitatione suppleri possunt, hanc vel illam rem esse aut fieri significet» (KLOTZ [DEVAR]: II. p. 635).

perhibuit¹⁾, quippe qui²⁾ hanc voculam non per *et* reddidit, sed sumsit pro *quamvis*, *attamen*.

Jure majore — tametsi nequaquam dicenda sit Paulina dicendi ratio — utitur in linguae Paulinae idiomate tractando junctio utriusque hujus particulae ἀλλὰ et εἰ — εἰ ἀλλὰ —. Hujus junctionis exempla extra Novum T.³⁾ quam minime desiderantur⁴⁾. Ἀλλὰ hoc loco, utpote antithesis causa additum instar Latinae conjunctionis *at*, apodosis vim quam maxime auget; quae tamen res ita se habet, ut hic usus particulae ἀλλὰ explicandus sit e breviloquentia, „cui succurrendum sit repetendis verbis, quae in protasi legantur. Et haec quidem repetitio ita fieri debet, ut iis nunc unum vocabulum γένεν, nunc duo γένον adjungamus”⁵⁾. Hujus rationis exempla PAULUS praebet Rom. 6: 5: *si γὰρ σύμφυτοι γεγόνασθε . . . ἀλλὰ καὶ . . . στόμεσθα*, 2 Cor 4: 16: *si καὶ δὲ ἔξω γένον ἀνθρώπος δια-*

1) In contrariam partem disputatione FRITZSCHE (ad Rom. 1: 13: „Hoc καὶ neque *sed*, neque *quamquam* [hoc foret καίτοι ἐκωλιθητη] declarat, sed est parenth^{m.} *et*”), v. HENGEL, MEYER, DE WETTE.

2) Nec non HERMANN (VIG.), p. 525, 837.

3) In Novo T. praeter PAULUM tantum MARCUS utitur hac loquendi ratione: (Mr.) 14: 29: *καὶ εἰ πάρτες σκαρδαλιοθήσονται, ἀλλ' οὐδὲ τρόπος*.

4) Et prioris et recentioris aevi auctores variis utuntur exemplis. Tantum afferam ex HOMERI Iliad. (quae plurima praebet) XVI: 36 – 38:

Ἐτ δέ τινα φρεσὶ σῆσι θεοπροσίην ἀλεῖτης,
Καὶ τινά τοι πάρ Ζηρὸς ἐπέφρασθε πότιμα μῆτηρ·
Ἄλλ' ἐμὲ περι πρόσες ὥχ', ἀμα πτλ.

5) v. HENGEL ad Rom. 6: 5. Non tam praeclara, satis tamen bona eadem de re in medium affert WINER (p. 392 sq.). Cff. FRITZSCHE (ad Rom. 6: 5, ubi perhibet inter alia: „Male cum h. l. 2 Cor. 4: 16, 13: 4 contendas”; cf. autem v. HENGEL II.) aliique allati apud MEYERUM ad 2 Cor. 4: 16.

Φθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαίνοῦται, 13: 4, — illius 1 Cor. 4: 15: ἐὰν γάρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας, 9: 2, 2 Cor. 5: 16: εἰ δὲ καὶ ἐγνώματεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ κτλ., 9: 6. — Quemadmodum in memorata loquendi formula vocabulo ἀλλά addendo, sic interdum majorem vim PAULUS tribuit orationi ἀλλά semel, imo subinde altera vice vel saepius, repetendo: 1 Cor 6: 11: καὶ ταῦτά τινες ἔπειτε ἀλλὰ ἀπελούστασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε, 2 Cor. 2: 17: οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινεῖας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ λαλοῦμεν, 7: 11: κατειργάσατο ὑμῖν σπουδὴν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ Φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ Σῆλον, ἀλλὰ ἐδίκησιν, — qua scilicet repetita conjunctione antitheton multo melius oculos in se convertit. Huc primo adspectu fieri posset ut referretur quoque Rom. 5: 14 sq.: ἀλλὰ ἐβασιλεύσεν ὁ θάνατος ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὐτως κτλ.; re autem prope inspecta aliter docemur: hoc loco, quemadmodum saepius ¹⁾, particulam ἀλλά ita repeti ut alia spectet priore, alia altera vice. — Cum tractata hac conjunctione vi atque usu satis convenit alia, nimirum δέ. Ea ratione imprimis a priore est diversa, ut quae adversandi notio illi maxima inest in hac contra minor tantum inveniatur — sed et autem —. Haec vero minor adversandi notio nonnunquam in minimam abiit, exempli gratia ubi (δέ) additur explicationis causa; quemadmodum saepius in Novo T. offenditur ²⁾, — unice

1) Neque solum apud PAULUM ne in Novo T. quidem: Mr. 14: 36, ἀλλ' οὐ εἰ ἔγὼ θέλω, ἀλλὰ εἰ οὐ. — Priore loco positum ἀλλά, ab altero longe diversum, cf. BERNARDY. Synt. p. 73.

2) Praeter sequentia Paulina cff. Joh. 6: 10, 9: 14, Gal. 2: 2, Jac. 1: 6.

autem apud PAULUM¹⁾ ubi explicatio periodi alicujus pars est, non per se novam periodum efficiens²⁾. Quia in conditione optime reddi videtur per *nempe*, et *quidem*, *inquam*: Rom. 3: 22: (δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται.) δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, 9: 30, 1 Cor. 2: 6: σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελεσίοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, 3: 15. — De formula μέν δέ, a Paulina dicendi ratione haud aliena, quemadmodum imprimis de parallello ejus δέ, per anacoluthon omissa, vid. infra § 23. De voculae δέ satis simili ὅμως paucis absolvit; vid. tom. I. in voce.

De vero conjunctionis alicujus usu et sensu alii nonnunquam aliter sentiunt. Haud minime de conjunctione γάρ hoc perhibere licet: a multis enim interpretibus et variis quidem modis explicata est. Maxime sane in epistolis Paulinis, ubi scilicet pro rata parte frequentissimus est ejus vocabuli usus, hujusmodi interpretatione versabatur. Hodie autem viri docti multo minus hac de re disputant, non amplius tot atque tam varios sensus uni eidemque γάρ attribuunt³⁾; magis magisque omnes interpretes ad unicam veram significationem accedunt — et ita quidem multi ut nec tamen putent,

1) In Novo scilicet T. Aliorum auctorum v. HENGEL (ad Rom. 9: 30) apto comparat HERODOTI (VIII: 92) haec verba: *Μαρτυρέντου σφι Δημόσιον τοῦ Εὐγενίου, ἀρδός τοῦ Απολλωνίτεω, Απολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ιονίῳ νόλπῳ.*

2) Cf. WINER (p. 393), v. HENGEL (ad Rom. 9: 30; neque missum faciendum est quod legitur ad Rom. 3: 22).

3) Antea fieri potuit ut γάρ uno eodemque loco apud varios interpres significaciones haberet longe distantes inter se. Operae pretium est conferre hac de re WINERUM. p. 402 sqq., ubi inter alias commemorantur haec datae antea significaciones: *autem*, *igitur*, *quamvis*, *e contrario*. — Neque vero ipsi auctores in adhibenda hac vocula semper liberandi sunt negligentiae culpa: BERNHARDI. Synt. p. 74.

fieri posse ut aliquid supplendum sit ante eam enunciationem, cui γάρ inest. Quod vero ad illud (accedere ad veram significationem) attinet, observandum est, imo SCHIRLITZIUM¹⁾ adhuc vim autem huic voculae obtrusisse 1 Cor. 9: 19: (*εἰς τὸ μὴ παταχρήσιται τῷ ἔξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*) ἐλεύθερος γάρ ὁν ἐκ πάντων πᾶσιν ἔμαυτὸν ἔδοιλωσε. Ad hoc vero quod attinet probe tenendum est adhuc sub judge litem esse²⁾. Alii enim nihil subaudiendum esse dicentes perhibent cum KLOTZIO (DEVAR.): II. p. 240): „Nihil supplendum est ante enunciationem eam, quae infertur per particulam γάρ, sed ut omnis constet oratio postea demum aliquid tacita cogitatione adsumendum erit.” Alii autem interdum vocabulum γάρ referendum esse ad sententiam non expressam sed supplendam putantes praedicant cum HERMANNO (VIG.) (p. 829): „Etiam in responsionibus, in quibus frequentissima est haec particula (γάρ), suam vim obtinet, quae est nam, quia Graeci particulas γαὶ et οὐ plerumque omittunt, ad quas referretur γάρ, si plena esset oratio;” — exempla, apud PAULUM imprimis invenienda, afferunt³⁾ Rom. 2: 14: δταν γάρ⁴⁾ ἔθνη, τὰ μὴ νόμου ἔχοντα,

1) Grundzüge. § 49. Idem (*autem*) vult KÜHNÖL. Hebr. 7: 12: μεταπέθεμένης γάρ τῆς ἴερωσίνης.

2) Quod ut cernatur tantum opus est ut conferantur WINER (p. 395 sqq.) et v. HENGEL (ad Rom. 10: 16), quorum ille priorem sententiam, hic alteram tuctur. Neque praetereundus est MEYER (ad Rom. 10: 16).

3) Cujus rei exempla quam minime desiderantur extra Novum T. Merito conferunt SOPHOCLIS PHILOCT. (BOTH): 1198 sqq., nec non XENOPHONTIS Memorab. II: 6: 15: (*οὐ δὲ φῶν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οἶόν τ' εἶναι καὶ πονηρὸν ὅντα χρηστοὺς φίλους πεῆσασθαι ;*) ἔώδων γάρ, ἔφη ὁ Κοιτόβουλος, ὀήτος τε φαιώντος ἀγαθοῖς δημηγόροις φίλους ὅντας, καὶ κτλ.

4) Doctissimo v. HENGEL, duce quodammodo PELAGIO, addendum videtur: (nam,) «ne quis gentes objiciat legis expertes,” vel simile quid.

Φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῆ, 10: 16: ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει, 1 Cor. 11: 26: (τιῦτο ποιεῖτε . . . εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν) ὄσάκις γὰρ ἔσθιετε τὸν ἀρτον τοῦτον . . . τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, Hebr. 2: 8: πάντας ὑπέταξας . . . ἐν τῷ γὰρ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα οὐδὲν ἀφῆκεν. — Ea quidem observanda videbantur de conjunctione illa PAULO tantopere usitata; hic autem subsistamus, hacc igitur hactenus! Tantum addam de conjunctionibus praecedenti non dissimilibus δι, atque διότι, has etiam in Novo T. pro rata parte saepe a PAULO usurpari; quae tamen eo nomine non optimo jure laudantur, cum LUCAS quoque cerebro iis usus sit.

Breviter denique exponendum est de duabus aliis conjunctionibus: ἀρχ atque οὖν. Quarum priore PAULUS omnium, in Novo T. auctorum longe frequentissime usus est nimirum imprimis, uti igitur, quae cum ita sint, ad orationis progressum indicandum: Rom. 7: 21: εὑρίσκω ἀρχα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸν κακὸν ὅτι κτλ., 8: 1: οὐδὲν ἀρχα νῦν κατάκρινα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, — vel in loci citati alicujus argumento referendo: Rom. 10: 17: ἀρχὴ πίστεις ἐξ ἀκοῆς, οὐδὲ ἀκοὴ κτλ., Gal. 3: 7: γινώσκετε ἀρχα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ. Altera (οὖν) apud PAULUM saepius sensu laudato et positione cum priore satis convenit, minore autem jure ad Paulinam dicendi rationem refertur, cum etiam alibi in Novo T. imprimis apud JOHANNEM valde sit frequens. Majoris momenti in linguae Paulinae idiomate est utriusque hujus particulae junctio — ἀρχα οὖν —. Epistolis dictis Paulinis propria est singularis ratio usurpandi hanc junctionem. Alibi enim in Novo T. plane non occurrit; neque apud caeteros auctores Graecos quemadmodum apud PAULUM invenitur. Nam illi semper his particulis conjunctionem εἰ aliamve praemittunt;

quam quum missam faciunt, ἀρα οὖν praecedunt interrogationem et scribenda sunt ἀρα (non ἀρα) οὖν¹⁾. PAULUS autem nec praemittit hanc illamve vocem, nec utitur interrogatione²⁾; uti sponte apparat ex afferendis exemplis — in quibus aequa ac ubicunque alias ad conclusionem faciendam idem auctoradhibet ἀρα οὖν (*hinc ergo*) —: Rom. 5: 18: ἀρα οὖν ὡς δι' ἐνδεικτικού παραπτώματος οὕτως καὶ δι' ἐνδεικτικού παραπτώματος πτλ., 7: 3: ἀρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλίς χρηματίσει ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, 25: ἀρα οὖν αὐτὸς ἔγὼ τῷ μὲν νοῦ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σωρῷ νόμῳ ἀμαρτίᾳς, Gal. 6: 10: ἀρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργάζόμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας. — Formula ad tempus indicandum usurpata ὡς ἀν (ἔαν), in δημοτογουμένοις Paulinis bis construitur cum subjunctivo; quod quidem fit — sensu *quandocunque, simul atque* —: Rom. 15: 24: ὡς ἀν πορεύομαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, 1 Cor. 11: 34: τὰ δὲ λοιπὰ ὡς ἀν ἔλθω διατάξομαι..

§ 19.

Adverbium. Negandi particula. Construc-
tio negandi particulae. Interrogandi
particula.

(Winer § 54 sqq.)

In summa Novi T. auctores non discrepant a caete-

1) Cf. HERMANN (VIG.) (p. 823), KRÜGER (FRANCKEN. Gramm. § 60: 8). — Tamen adhuc — quemadmodum nec non antea: cf. HERMANN (VIG.), p. 487 — viri docti hac de re dissentient: verbi causa XENOPHONTIS Cyrop. III: 3: 8 scribendum est secundum regulam modo laudatum: ἀρα οὖν σκεψόμεθα τι ἤμεν ὑπάρχει, καὶ τίνος ἐνδεῖ, — scribitur vero etiam: ἀρα οὖν κελ.

2) Cf. v. HENGEL (ad Rom. 5: 18), WINER (p. 395), ALEX. BUTTMAN (p. 318).

ris scriptoribus Graecis quod attinet ad usurpanda adverbia. In singularibus autem quibusdam, minoris momenti, rebus nonnunquam sunt distinguendi. Huc referendum est, quum apud cacteros auctores Graecos non valde frequentia sint, satis multa substantiva abstracta cum praepositione esse posita pro adverbii re ipsa usitatis. Cujusmodi insuetum quoddam exemplum, in Novo T. prorsus singulare, invenitur in scriptis Paulinis 2 Cor. 4: 16: δέ σωθεν (ἡμῶν ἀνθρωπος) ἀνακαινοῦται ήμέρᾳ καὶ ημέρᾳ, ubi scilicet PAULUS loquendi formulam ημέρᾳ καὶ ημέρᾳ ponit loco notae illius καθ' ημέραν sive τὸ καθ' ημέραν ¹⁾; quae quidem dicendi formula, haud dissimilis Hebraeorum וְיְמִינְךָ ²⁾ et ne in LXX quidem obvia, hebraismus uti videtur est habenda ³⁾. Praeterea huc referendus est — sane minoris momenti, veruntamen dignus qui obiter memoretur — locus quidam Paulinus, 1 Cor. 12: 31: καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὅδον ὑμῖν δείκνυμι, ab aliis aliter explicatus, sed jam ab antiquo inde tempore tali modo ut καθ' ὑπερβολὴν (tanquam adverbium comparationis) adjectivi vice fungi haberetur ⁴⁾. Quo nomine etiam laudari potest 2 Cor. 11: 23: (ἔγώ) ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν δανάτοις πολλάκις, tanquam Paulinum tamen non optimo jure, quum aequo

1) Quo sensu EURIPIDES usus est τὸ ἐφ' ημέραν, — in dramate satyrico, Cyclope : 336.

2) Saepius in Vetere T. occurrit: v. c. Gen. 39: 10, Esth. 3: 4, — de die in diem : vid. tom. I. in voce ημέρα.

3) Aliquatenus conferri potest Mr. 6: 39: καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀταλῆται πάντας συμπόσια συμπόσια; cuius analogum exstat Exod. 8: 14.

4) Quemadmodum Graeci interpretantur: καθ' ὑπερβολήν=ὑπερέχων. Quae quidem interpretatio unica vera mihi videtur. Cf. MEYER (ad. 1 Cor. 12: 31), WINER (p. 341), ALEX. BUTTMANN (p. 84). Attamen etiam in contrarium partem disputatur: cf. MEYER II.

nimis simile sit inter alia Mr. 1: 23: ἀνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκοθάρτῳ. —

In Novo T. semper praemittitur infinitivo ὅτε μή, nunquam ὅτε οὐ. Alibi contra ὅτε οὐ usurpatum, ubi eventus tanquam res in facto posita proponitur, datae operae nulla ratione habita. Hac in re Novi T. auctores igitur discrepant a caeteris, quod eventus varia genera nullo modo distinguunt. Quo tamen nequaquam pertinet ὅτε μή 2 Cor. 3: 7: εἰ οὐ κακονία τοῦ θυντοῦ..... λίθοις ἐγενήθη, ὅτε μή δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς κτλ., ubi scilicet propter vim conditio-nalem non fieri potuit ut PAULUS ὅτε οὐ uteretur. — Οὐδέ (μηδέ) et οὔτε (μήτε) sibi invicem prope re inspecta respondere non posse inter omnes viros doctos satis con-stat. Ubi igitur οὐδέ..... οὔτε (μηδὲ..... μήτε) pos-
tum cernimus, non ita dissolvere licet ut δέ (in οὐδέ) et τέ (in οὔτε) sibi respondeant invicem. Dissolvi tamen potest ea ratione, ut οὐ referatur ad unum tantum verbum, δέ autem ad verba plura (ita ut conjungantur cum superioribus inferiora)¹⁾; quo quidem facto οὐ et οὔτε supersunt et tanquam inter se „coordinata” sibi respondent²⁾. Cujus generis exempla, quamvis non crebra, tamen non desiderantur apud auctores extra Novum T.³⁾; in Novo autem T. solus est PAULUS qui

1) Non igitur facio cum ALEX. BUTTMANNO (: 315), cui ante οὔτε alterum οὔτε supplendum videtur.

2) Fieri tamen etiam potest ut οὔτε (μήτε) praecedenti οὐδέ (μηδέ) sit „subordinatum”, quemadmodum Act. 23: 8: μή εἶναι ἀράστατην μηδὲ ἀγγελον μήτε πνεῦμα. Rebus ita comparatis itidem non necesse est ut δέ et τέ sibi respondeant, veruntamen res prorsus alia est quam Gal. 1: 12. Cff. WINER (p. 437), ALEX. BUTTMANN (p. 315).

3) Vidd. auctores quos laudat WINER (p. 436 sq.).

hujusmodi exemplum praebuit: Gal. 1: 12: *οὐδὲ γὰρ ἐγώ παρὰ ἀνθράπου παρέλαβον αὐτὸν οὔτε*¹⁾ *ἐδιδάχθην.* —

Mή (μήπως) significatione *nisi forte* ponitur post ὅρα, βλέπε, Φοβοῦμαι πτλ. Sequitur alias conjunctivus — quippe qui modus „verentis est, ne quid nunc sit, simulque nescire utrum sit nec ne significantis” (HERMANN ad SOPHOCLES Aj.: 272)²⁾ —, alias indicativus — quippe qui modus „verentis quidem est ne quid nunc sit, sed indicantis simul, putare se ita esse, ut veretur” (ib.). Et alibi hoc valet et in Novo T.; ibi vero tantum in epistolis Paulinis indicativus praeteriti usurpatur. Quo nomine κατ’ ἔξοχὴν in oculos incurrit Gal. 4: 11, ubi scilicet PAULUS μήπως cum indicativo perfecti post Φοβοῦμαι adhibuit, ut indicet putare sc̄ ita jam factum esse ut veretur: (Gal. 4: 11:) Φοβοῦμαι ὑμᾶς³⁾ μήπως εἰκῇ πενοπίανα εἰς ὑμᾶς. Praeterea in censem venit Gal. 2: 2: ἀνεθέμαντι αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον κατ’ ἤδη δὲ τοῖς δεκοῦσιν, μήπως εἰς κενὸν τρέχω η̄ ἔδραυον, quippe cuius praeteritum ἔδραυον saepius⁴⁾ huc refertur. Ut autem videtur, praestat illa interpretatio qua sensus conditionalis huic praeterito tribuitur — *ne frustra ecurrissem*⁵⁾ —; qua sententia probata, hic igitur tantum

1) WINER (p. 437): „Das οὐδὲ guter Codicus für οὐτε is wohl Correctur.”

2) Quae verba merito et probe ad rem afferunt WINER (p. 446 sq.).

3) Quid sibi velit ιμάς? vid. MEYER ad h. l. Speciosius enim quam verius hac de re disserere videntur qui sequuntur ALEX. BUTTMANNUM (p. 208 sq.).

4) Cf., qui ipse quoque — nec non ALEX. BUTTMANN (p. 303) — huic interpretationi album calculum adjecit, MEYER (ad h. l.). — Prae aliis vero interpretibus, ut hoc obiter dicam, dignus est in summa qui conferatur DE WETTE (ad h. l.).

5) Fritzsch. Opuscul. p. 175. WINER, qui monstravit mihi verba, ipse haec probat (p. 448); idem cf. quod ad conditionalem illum sensum sine ἀντι attinet (p. 272 sq.).

observandus esset conjunctivus ¹⁾ τρέχω, qui autem ut-pote satis usitatus in Novo T. ad Paulinam dicendi rationem referendus non est. —

Interrogandi sententiae, quae respondentis affirmatiō-nem volunt, plerumque incipiunt a vocula interrogativa οὐ (etiam οὐχί, οὐδὲ, vel οὐδεῖς κτλ.) ²⁾. Quae quidem interrogandi ratio in Novo T. imprimis est propria scriptis Paulinis, ubi scilicet adeo est usitata ut inter-dum, ne (affirmante) responso quidem exspectato, plures ejusmodi sententiae alia aliam subsequantur. In summa igitur hic laudari possunt ex epistolis Paulinis: Rom. 6: 16: οὐκ οἴδατε ὅτι..... δουλοὶ ἔστε φῶν πακούετε.....; 1 Cor. 3: 3 sq.: οὐχὶ σαρκιοὶ ἔστε..... οὐκ ἀνθρωποὶ ἔστε; 5: 6: οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη κτλ., 12: οὐχὶ τοὺς ἔστω ψυχῆς κρίνετε; 6: 3: (ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι.....) οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν.....; 15 sq.: οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἔστιν;..... οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλάμενος τῇ πόρνῃ ἐν σῶμά ἔστιν; — ratione autem habita illius repetitionis operae pretium est con-ferre quae haud dubie ad linguae Paulinae idioma sunt referenda: 1 Cor. 9: 1: οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐκ εἰμὶ ἀπόσ-tολος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ψυχῆς ἔστε ἐν κυρίῳ; 10: 16: (τὸ ποτήριον) οὐχὶ κοινωνία ἔστιν τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; 2 Cor. 12: 18: (αἵτινι ἐπλε-ούκτησεν ὑμᾶς Τίτος;) οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἵχνεσιν; Haud raro tamen PAULUS etiam ea

1) Immerito enim USTERI, SCHOTT, ALEX. BUTTMANN (p. 303 sq.) pro conjunctivo volunt indicativum hujus verbi. Cacterum objectio, laudata ratione varios inter se misceri modos, nihil ad rem est; cf. 1 Thess. 3: 5: ἔπειμψα εἰς τὸ γράμμα τὴν πιονν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γίνηται ὁ πόκος ὑμῶν.

2) De πῶς δ' οὐ; πῶς γὰρ οὐ; aliisque hujusmodi cf. HERMANN (VIG.): De adverbii quibus approbamus aliquid.

in re distinguendus est a caeteris Novi T. auctoribus, quod formulae interrogativae particulam ἢ praemittit, Rom. 9: 21: ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δὲ περιμεῖς κτλ., 11: 2: οὐκ οἴδατε ἐν Ἡλίῳ τί λέγει κτλ., 1 Cor. 6: 9: ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἀδικοὶ Θεοῦ βασιλεῖσθαι κτλ., 19: ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς κτλ., 2 Cor. 13: 5: ἢ σὺν ἐπιγνώσκετε ἐκυρωθεῖσιν ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν;

C A P U T . VI.

Sententiarum structura et conjunctio.

§ 20.

Sententia ejusque elementa in universum.

Apposito.

(Winer § 58 sq.)

Si subjectum aliquod componitur ex prima et tertia persona verbum additur in prima persona pluralis numeri. Idem valere debet in Novo T. atque extra; quemadmodum etiam apud PAULUM scriptum habemus verbi causa 1 Cor. 9: 6: ἢ μόνος ἡγὼ καὶ Βαρυάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; Tamen contra usitatam hanc regulam PAULUS verbo in tertia persona pluralis posito praemittit subjecta primae et tertiae personae Gal. 1: 8: ἀλλὰ καὶ ἐάν οὐκεῖται ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται ὑμῖν παρ' δὲ κτλ., quia scilicet subjectum tertiae personae majore vi hoc loco utitur. — Ubi plura subjecta, objecta vel praedicata in una eademque sententia sibi invicem conjunguntur, plerumque ultimo horum vocabulorum praemittitur copula. Fieri autem potest ut

omittatur — nascitur ergo asyndeton ¹⁾ — in utroque hoc casu: in antithesibus (quae eo modo majore vi utuntur) et in additionibus (quae caeteroquin nimis producentur). Cum caeteris scriptoribus Graecis ²⁾ ea communia sunt Novi T. auctoribus. Quorum tamen auctorum imprimis PAULUS omisit copulam; adhibuit enim alteram hujus asyndeti speciem — neque vero priorem missam faciens — pro rata parte saepissime: Rom. 1: 29 sqq.: πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, πακίᾳ, μεστοὺς Φθόνου, Φόνου, ἔριδος, δόλου, πακογθείας, φιθυριστάς, καταλάλους ἀστόργους, ἀνελεήμονας, 2: 19, 1 Cor. 3: 12: ἐπαικόδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσόν χόρτου, καλάμην, 13: 4—8, 14: 26, 2 Cor. 12: 20: ἔρεις, ζῆλος Φυτιώσεις, ἀκατατασσαῖ.

Ad reddendam notionem generalem, quam Belgice pronomen indefinitum *mēn* exprimit, praeter modum vulgarem — igitur praeter tertiam personam pluralis activi (medii) et tertiam personam singularis passivi — Graecis praesto est tertia persona singularis activi (medii). Qualis autem activi singularis in Novo T., apud alios ejus auctores non obvius, nonnisi a PAULO usurpatur: 2 Cor. 10: 10: αἱ μὲν ἐπιστολαῖ, Φησίν, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραῖ ³⁾, — ubi scilicet Φησίν ⁴⁾, cum Latinis *inquit*, ait

1) Caeterum de asyndetis vid. infra § 21.

2) Quorum huic consilio varios laudat WINER. p. 461.

3) Non optimo jure hue referri potest 1 Cor. 15: 52: ἐν τῇ ἑοχάτῃ σάλπιγγι σαλπίσει γάρ, καὶ μτλ.; explicandum est per ellipsis: ὁ σάλπιγγις (ἢ σάλπιγξ) σαλπίσει. Nihilominus de utroque (*φησίν* et *σαλπίσει*) pariter valet: usū factum est impersonale, quod re ipsa non erat; cff. WINER (p. 462), MEYER (ad 1 Cor. 15: 52).

4) Idem verbum saepius apud exterios auctores Graecos ita occurrit: cff. WINER (p. 462), ALEX. BUTTMANN (p. 119, ubi etiam exstant auctores Latini), BERNHARDY (Synt. p. 419).

comparandum, impersonaliter est accipiendum. — Quam minime autem illuc pertinent loci ubi, quemadmodum alius Novi T. auctor ¹⁾ in scripto suo alia, PAULUS verbum λέγει sine expresso subjecto adhibuit: 2 Cor. 6: 2: (παρακαλοῦμεν μὴ εἰς πενήν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς —) λέγει γάρ Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουστά σου κτλ., Gal. 3: 16: τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐβρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ οὐ λέγει²⁾ Καὶ τοῖς σπέρμασιν κτλ.; per ellipsis explicari debent et subaudiendum videtur δ Θεός. —

Appositio cum nomine, cui additur, genere atque numero quantum fieri potest et casu semper convcnit. Excipiendus vero est genitivus appositionis. Hic genitivus apud vulgares auctores Graecos minus frequens — ita ut negetur interdum ³⁾ genitivum appositionis exsistere —, et in lingua Latina ³⁾ et in Novo T. haud raro est obvius. In epistolis autem Paulinis imprimis ejusmodi genitivus saepius occurrit: Rom. (4: 11: καὶ σημεῖον ἔλαβεν περιτομῆς,) ⁴⁾ 8: 21: ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς Φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης, 1 Cor. 5: 8: μηδὲ ἐν ξύμη κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ, ἀλλ᾽ ἐν ὀξύμοις εἰλικρινείᾳ καὶ ἀληθείᾳ, 2 Cor. 5: 1: ἡ ἐπήγειρος ἡμῶν σώκια τοῦ σκήνους, 5: τὸν ἀρροβῶνα τοῦ πνεύματος. — Haec aliave hujusmodi appositio in explicando admissa non-

1) Epistolae ad Hebreos: 4: 4: εἰδησεν γάρ που περὶ τῆς ἴβδόμηνσ αὐτως³⁾ Καὶ κτλ., 7: 17: μαρτυρεῖται γάρ ὅτε οὐ λεγενς εἰς κτλ., 8: 5: δος γάρ φησιν ποιήσεις κτλ.

2) ALEX. BUTTMANN (p. 68): „es ist nur Nachgiebigkeit gegen unscren Sprachgebrauch, wenn man hier ein Appositionsverhältniss annimmt.“

3) Praeter exempla ducta ex geographia et in lingua Graeca etiam obvia — urbs *Romae*, fluvius *Euphratis*, flumen *Rheni* — WINER (p. 471) observat: verbum *scribendi*, vocabulum *silentii*, *eluvionis*, *pestilentiae* causae (quae consistunt in eluvione, pestilentia) etc.

4) Alii volunt περιτομῆν. Praeterea cf. v. HENGEL ad h. l.

nunquam ansam praebet unicae verae inveniendae interpretationi. Quo facto et plura alia Novi T. et imprimis scripta Paulina — nec non LUCAE ¹⁾ — saepius haud parum clariora sunt facta ²⁾. Ea est ratio qua etiam lucem accipimus loco huicce Paulino: 2 Cor. 6: 13: *τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμεσθίαν πλατύθητε καὶ ὑμεῖς*, ubi nempe, observata quoque loquendi rationis concione PAULO prae aliis propria ³⁾, pervenimus ad explicationem satis probatam: *τὴν αὐτὴν ἀντιμεσθίαν = τὸ αὐτό, ὃ ἔστιν ἀντιμεσθία* ⁴⁾. — Appositioni „epexegeticac“ saepenumero in Novo T. praemittitur loquendi formula *τοῦτ' ἔστιν — hoc sibi vult, imo vero* ⁵⁾ —. Quac quidem formula, frequens etiam in epistola ad Hebreos, a PAULO quoque in epistola ad Romanos crebro usurpatur. Solus autem PAULUS pro laudato *τοῦτ' ἔστιν* usus est ampliore *τοῦτο δέ ἔστιν*: Rom. 1: 12: *τοῦτο δέ ἔστιν συμπαρακληθῆναι ἐγ γε μην κτλ.*

§ 21.

A syndeton. Trajectio.

(Winer § 60 sq.)

Duo distinguenda sunt asyndeti genera: grammaticaliter

1) Quod supra (p. 32, 49) jam vidimus: saepius convenire PAULI dictioinem cum LUCAE, clarius docet FR. BLEEK. Einleitung in das N. T. p. 282 sqq.

2) Quamvis doleo haec nostratibus non laudi ducenda esse, non possum non obiter communicare quae WINER (p. 468) de variis Novi T. locis in medium afferit: „wo besonders die Holländ. Kritiker an solchen Appositionen Anstoss genommen und voreilig geändert haben“.

3) Cf. infra § 26 ineunte.

4) WINER (p. 469), MEYER (ad h. l.), FRITZSCHE (ab utroque priore laudatus); nec praetereundus est silentio ALEX. BUTTMANN (p. 164).

5) Sensim paullatimque *τοῦτ' ἔστιν* in adverbium abierat. Hanc ob causam BENGEL et LACHMANN praeferebant *τοῦτο ἔστιν*, quod etiam

ticum et rhetoricum. Hoc genus — quod nuncupari posset asyndeton proprio sic dictum —, quatenus in nostro opusculo in censem venit, jam antea (superiori §) tractatum est. Reliquum autem est ut de illo (grammatico) breviter exponam; pauca volo: PAULUS enim hac in re ab aliis non vehementer discrepat. Quemadmodum ubicunque fieri potest, etiam in Novo T. incidi mus in hujus generis duas varias species: alia in argumento continuo, i. e. ubi ejusdem materiae tractatio continuatur; alia extra (argum. cont.), i. e. ubi in eunte novae materiae tractatione quocunque vocabulum copulans deest. Ultima est asyndeton in Novo T. scriptis Paulinis imprimis proprium: Rom. 9: 1: ἀληθείαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συνυμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως κτλ., 10: 1: ἀδελφοί, οὐ μὲν εὔδοκία τῆς ἔμης παρδίᾳς καὶ οὐ δέκτησις πρὸς τὸν Θεόν κτλ., 1 Cor. 5: 1: Θλως ἀκούεται ἐν ὑμῶν πορνείᾳ, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ κτλ., 6: 1: τολμᾷ τις ὑμῶν πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ κτλ., Gal. 6: 1, ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προκλήματος ἀνθρώπος ἐν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς κτλ. Hujus rei causam habendam esse argumentum variatum, ad supra dicta addere vix opus est. — De alio quodam minus vulgari modo addendi alii sententiae aliam, scilicet adhibito ratione minus usitata pronomine relativo, vid. supra § 6. —

Singulorum cuiusdam sententiae vocabulorum ordo in Novo T. generatim idem est qui etiam extra viget¹⁾; speciatim autem rebus spectatis docemur in levioris momenti negotiis ibi aliquatenus subinde discedi. Quod

placet ALEX. BUTTMANNO (p. 10, 342). — Caeterum de usu atque sensu cf. imprimis v. HENGEL ad Rom. 1: 12, 7: 8, 10: 6.

1) Vidd. WINER (p. 483), ALEX. BUTTMANN (p. 331 sq.).

autem attinet ad diversa ejus scripta per se accepta et inter se comparata, observandum est orationem in διδακτικοῖς magis variam atque solitam et praeterea magis rhetorica esse quam in historicis; e contrario autem haec scripta imprimis Evangelia „synoptica,” ordine utuntur magis Hebraico ¹⁾). Ita autem PAULUS hac in re a cacteris Novi T. auctoribus se discernit, ut quae diximus de scriptis διδακτικοῖς haud parum de ejus epistolis valere censenda sint. Hoc satis jam inde apparet, quod PAULUS hac illave causa motus pro rata parte frequentissime mutaret (per hyperbaton sive trajectionem) proprium vocabulorum ordinem; luce tamen clarius fit ex iis locis Paulinis — Novi T. tantum non unicis hujus generis —, ubi vocabulorum trajectio, si magis placeret, etiamsi ne culpa quidem negligentiae liberari posset, nullum scrupulum ei injiceret. Instar auctorum Graecorum orationis solutae ²⁾ PAULUS ultimo hocce modo transposuit utrumque adverbium ἔτι et ὅμως, quippe quae — aequae ac omnia adverbia — lectores facile suo quaque loco in animo haberent: Rom. 5: 6: ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν: — Χριστὸς γὰρ ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ³⁾), 1 Cor. 14: 7: ὅμως τὰ ἄψυχα Φωνὴν διδόντα ἐὰν διαστολὴν τοῖς Φθέγγοις

1) Simile quid observat FR. BLEEK, Einleitung in das N. T. p. 80: „Der Paulinische Stil hat schon etwas weit mehr Periodisches als die Evangelien“.

2) Quales vidd. apud WINERUM (p. 488), qui praeter locos ubi adverbia occurrunt ita etiam a PAULO adhibita affert etiam alios in quibus eodem modo ἔτι et πολλάκις obvia sunt. Cf. BERNHARDY, Synt. p. 459 sqq.

3) Similitudinis causa merito saepius laudant ACHILLEM TATIUM. De CLITOPH. etc. V: 18: ἐγὼ δὲ ἐν σοὶ ταῦτα γράφω παρθένος. Caeterum operaे pretium est conferre longe aliam hujus loci interpretationem apud doctissimum v. HENGEL ad h. 1.

μὴ διδῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον κτλ. : == τὰ ἄψυχα
(καίπερ) Φωνήν διδόντα ὅμως, ἐὰν διαστολὴν τοῖς
Φθόγγοις μὴ διδῷ, πῶς κτλ. ¹⁾, Gal. 3 : 15 : ὅμως ἀνθρώ-
που κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ ἢ ἐπιδιατάσσεται : ==
ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην, ὅμως οὐδεὶς κτλ. — Ita
(tanquam talis trajectio) etiam in censem venire debet ²⁾
secundum plures interpretes negandi particula *cū*: Rom.
3 : 9 : *τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως.* Sed hac de re alii
viri docti aliter disputatione ³⁾, hi ad haec illi ad illa
provocantes. Variis autem sententiis iterum iterumque
perpensis, nulla mihi praestare videbatur sententiae
praeclari illius BEZAE, quem honoris causa nomino,
haud unam ob causam aevi imprimis ratione habita —
nonne tempora sunt distinguenda? — interpretis cele-
berrimi. Simplex ejus explicandi ratio haec est, ut
comma interponatur inter *οὐ* et *πάντως*, quo facto omnia
bene congruunt; quod neque omitti potest: caeteroquin
enim, missa etiam facta vocabulorum trajectione, exstat
affirmatio. Vel ut ipsissimis utar verbis ⁴⁾: „legendum

1) De adverbio transposito *ὅμως* vidd. WINTER (p. 488), ALEX. BUTTMANN (p. 264), MEYER (ad h. l.). De hujus adverbii usu atque sensu
in summa cf. HERMANN (VIG.), p. 428.

2) Longe tamen alia est res Rom. 2 : 14 : *Ἐθνη τὰ μὴ νόμον*
ἐχορτα οἵτοι νόμοι μὴ ἔχοντες ἁντοῖς εἰσὶν νόμος. — cf. BENGEL
ad h. l., cuius vero sententia est argutior secundum doctissimum
v. HENGEL ad h. l. —, 8 : 12 : *ὁρειλέται ἐσφέροντες τῇ σαρκὶ* — in
mente opponitur *ἄλλα τῷ πνεύματι*: itajam CHRYSOSTOMUS —, 15 : 20 :
οὕτως δὲ φιλοτιμούμενοι, εὐαγγελίζεσθαι οὐχ ὅπον ἀναμέσθη
Χριστός (, ἀλλά) —: *οὐτοις, οὐχ ὅπον ἀλλά* —, 1 Cor. 5 : 10 :
(ἔγραψα μὴ ἀναμίγνυσθαι πόροις,) οὐ πάρτως τοῖς πόροις τοῦ
κόσμου τούτοις — οὐ πάντως = non omnino —.

3) Cf. praeter interpretes — quorum v. HENGEL non praetereundas —
WINTER (p. 489), ALEX. BUTTMANN (p. 334).

4) BEZA ad Rom. 3 : 9. — Caeterum vero (probandis) hisce verbis
BEZA ibi minus recte haec addit: „transposita est negativa particula.”

est inscra *στιγμῆς*: οὐ, πάντως. Nam qui dicit οὐ πάντάς, non omnino, aliquid penitus non negat."

Caeterum ad levioris momenti res (modo spectatas) quod attinet, quae aliae in Novo T. quam extra essent: imprimis hoc referri debet jam supra (§ 10 exeunte) tractatus usus formulae ἄρα οὖν, jure meritoque Paulinus dicendus, quippe cui formulae solus PAULUS nec praemittit hanc illamve vocem, nec addit interrogationem. Haec optimo igitur jure ad linguae Paulinae idioma refertur. Sane etiam dignae sunt quae laudentur, tamen eo nomine non optimo jure fruuntur harum vocalarum prima — ἄρα, sine οὖν posita — et alia quaedam particula — μενοῦνγε, paene τοῦτ' ἔστιν vel potius minus certae notionis¹⁾ —. Conjunctionis ἄρα ratione habita observandum est, eam apud vulgares Graecos vix aut ne vix quidem — adhuc sub judice lis est²⁾ — primum locum obtinuisse³⁾, apud Novi T. autem scriptores saepius ab initio sententiae esse positam. Quae quod ita sunt in Novo T., ubi omnium scriptorum longe frequentissime PAULUS hoc vocabulo usus est⁴⁾, jam satis apparebit ex exemplis afferendis: Rom. 10: 17: ἄρα ή πίστις ἐξ ἀκοῆς, 1 Cor. 15: 18: ἄρα καὶ οἱ κοινωθέντες ἐν Χριστῷ ἀπώλοντο, 2 Cor. 5: 15: εἰ εἰς ὑπὲρ πάντων ἐπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον, Gal. 2: 21: εἰ γὰρ διὸ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρέαν ἀπέθανεν, 5: 11: ἄροι κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. De

1) Prope absunt a vero, uti videtur, qui reddunt ēmo vero. Cf. v. HENGEL ad Rom. 9: 20.

2) Formula *vix aut ne vix quidem* ad litteram accepta dici potest: hanc sententiam — *ne vix quidem* — WINER (p. 492 sq.) tuctur, illam — *vix positum esse* — ALEX. BUTTMANN (p. 218).

3) Ne in apodosi quidem ΧΕΝΟΦΡΟΝΤΙΣ Cyrop. I: 3: 2: ἐρωτώσῃς δὲ τῆς μητρός ἀπενθίνατο ἄρα δ Κῦρος.

4) Cf. supra § 10 exeunte.

altera illa particula — *μενοῦγε* —, etiam in Novo T. maxime a PAULO usurpata, probe tenendum est, apud exteros auctores Graecos plerumque quidem ei aliud quoddam vocabulum praemitti, non tamen semper: in graecitate enim Alexandrina saepius occurrit ejus constructio ab initio sententiae ¹⁾). Qua exceptione etiam utuntur Rom. 9: 20: *μενοῦνγε*, ὡς ἀγθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; 10: 18: *μενοῦνγε* εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν δὲ Φιόγγος αὐτῶν.

§ 22.

Parenthesis.

(Winer § 62.)

Quemadmodum alias in Novo T. ubivis, ita imprimis apud PAULUM ²⁾ saepius fieri potest ut incidamus in constructionem tali modo comparatam ut, quamvis sententia ab ea duxerit exordium, deinde tamen eadem constructio non sine ulla interpellatione progrederiatur; ita autem mutata verborum structura, nascuntur parenthesis, anacoluthon et oratio variata ³⁾). Quae quod ita sunt, ut optimo jure sermo esse possit de parenthesisibus, anacoluthis et orationibus variatis, quod ad Novum T. attinet Paulinis dicendis ⁴⁾, infra sponte apparebit.

1) Cf. LOECK (PHRYN.) (p. 342).

2) De eius usu hac in re cf. SCHIRLITZ. Grundzüge. § 9, — nec non DE WETTE. Einleitung in die Bücher des N. T. p. 270 (6. ed.).

3) Operac pretium est conferre quid de hisce figuris (*anacoluthi nomine*) in medium affert MATTHÄ (Gramm.). Collato autem (infra) § 23 incunte sponte apparat, me non album calculum ei adjicere ubi de hoc argumento dicere incipiens perhibet: „Solche Abweichungen (Anacolutha) gründen sich auf die Absicht des Schriftstellers.”

4) Quemadmodum antea (Lips. 1823) J. F. BÖTTCHER „monographiam” praebevit de paronomasia Paulina — cf. infra § 27 —, nec non

Parenthesium Paulinarum ratione habita, praesertim probe tenendum est earum numerum, sane haud parvum, nihilominus nimis magnum esse propositum a plurimis prioris aevi philologis ¹⁾. Hujus rei unica — vel saltem facile princeps — causa est, interpretes antea et editores multo plura huc retulisse exempla quam revera essent parentheses. In scriptis epistolicis autem generatim et in epistolis Paulinis speciatim pro rata parte plura quam in caeteris Novi T. scriptis exstant additamenta et interruptiones, quae parentheses efficiunt; quales parentheses eo imprimis nomine ab aliis differunt, ut saepius constent brevi enunciatione — interdum ne pluribus quidem quam una voce —. In censum igitur venire possunt Rom. 1: 13: καὶ ἐκαλύθη ἄχρι τοῦ δεῦρο, 3: 5: κατὰ ἀνθρωπὸν λέγω, 7: 1: γινόσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ, 18: τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ σαρκὶ μου, 10: 6: τοῦτ' ἔστιν Χριστὸν καταγαγεῖν, 7: τοῦτ' ἔστιν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν, 8: τοῦτ' ἔστιν τὸ βῆμα τῆς πίστεως ὁ αηρύσσομεν, 1 Cor. 7: 11: ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἀγαμος ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω, 2 Cor. 5: 7: διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἰδούς, Gal. 2: 8: ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ ἐνέργησεν κάμοι εἰς τὰ ἔθνη, — nec non singula haec aliave hujusmodi vocabula: μαρτυρῶ: 2 Cor. 8: 3, Φησίν: 2 Cor. 10: 10 ²⁾). E contrario necesse esse, ut in scriptis historicis frequentiores sint quam in epistolicis parentheses vice fungentes illustrationum

operae pretium esset editio commentarii de Paulinis parenthesesibus, anacoluthis et orationibus variatis. Anno jam 1765 J. G. LINDNER in publicum prodidit duos commentarios de parentheses Johanneis.

1) In epistola Paulina ad Rom. verbi causa plures parentheses esse temere fictas non veras, luce clarius fit collato clarissimo v. HENGEL ad Rom. 1: 2, 20, 3: 8, 4: 17, 11: 8, 13 sq., 25 sqq., 28.

2) Quid hoc loco sibi velit φησίν? vid supra p. 56. sq.

de locis, temporibus, personis etc. ipsa res docet; cuius generis illustrationes plerumque pluribus verbis constant. Quamvis autem apud PAULUM vulgo breves sunt parentheses, nihilominus longior non omnino desideratur: Rom. 2: 13—16: οὐ γάρ οἱ ἀκρονταὶ νόμου δικαιοι περὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ κατηγορούντων ἡ πειθὴ ἀπολογουμένων¹⁾, ubi scilicet PAULUS interpellat hanc sui ipsius enunciationem: ποιὲι δέοις ἐν νόμῳ ἡμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται ἐν ἡμέρᾳ δέτε κτλ. Tantum cavendum est ne cum aliis hujusmodi satis similibus formulis confundantur, quae cogitationis unice progressui, non una constructionis obsunt: cum digressionibus. Hae frequentes sunt in scriptis Paulinis: Rom. 13: 9 sq.: (μηδενὶ μηδὲν ὁφείλετε) τὸ γάρ Οὐ μοιχεύτεις, Οὐ Φωνεύστεις πλήρωμακ οὖν νόμου ἡ ἀγάπη (. Καὶ τοῦτο εἰδότες τὸν οὐρανόν, θεῖ τηλ.), 1 Cor. 8: 1—3, 15: 9 sq.: (ἐσχάτου δὲ πάντων ἀφενὶ κάμοι.) ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, δε οὐκ εἰμὶ κτλ. (Ἐλέτε οὖν ἐγὼ εἴτε ἐπεῖναι, οὕτως κηρύσσομεν κτλ.), 2 Cor. 3: 14—18; alibi in Novo T. haud dubie non omnino desiderantur, sed certe numero minores sunt pro rata parte quam in scriptis Paulinis²⁾.

§ 23.

Anacoluthon et oratio variata.

(Winer § 63 sqq.)

Nullum verborum schema in vitae quotidianaे lingua

1) Studiosus cognoscendi plura de his verbis — num re ipsa parenthesis efficiant nec ne? — adeat doctissimum v. HENGEL ad Rom. 2: 13—16. — Operae pretium est conferre, quantopere inter se differunt sententiae unius ejusdemque WINERI in 5. editione (p. 613) et in 6. (p. 498 sq., — ubi missa facta priore sententia parenthesis tuetur).

2) Conferri possunt de digressionibus WINER (p. 499), BERNARDY (Synt. p. 290 sq., 468 sq.).

saepius obvium est quam anacoluthon. In Novo T.¹⁾ maxime pro rata frequentia sunt anacolutha apud PAULUM, utpote auctorem cum aestuoso servidoque — quam minime cum sedato — amne comparandum, magis orationis res internas (argumentum) quam externas (formatum) curantem²⁾: Rom. 2: 17 sqq. : εἰ δὲ³⁾ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ καὶ ἐπαναπαύῃ τὸν φρέαταν καὶ καυχᾶσαι ὁ δὲ⁴⁾ διδάσκων ἔτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; — ubi post protasin conditionalem longe alia apodosis exspectaretur —, 5: 12 sqq. : ἀσπερ δὲ⁵⁾ ἐνὸς ἀνθρώπου εἰς τὸν κόσμον ἡ ἀμαρτία εἰσηλθεν καὶ κτλ. — ubi repetita partim protasi tanquam apodosis sequitur⁶⁾: ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα οὕτως καὶ τὸ χάριτικόν pro hujusmodi apodosi: οὕτως δὲ⁷⁾ ἐνὸς ἀνθρώπου δικαιοσύνη κτλ. —, 9: 22 sq.: εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξατθαι τὴν δργὴν ἴνεγκεν κτλ. — ubi verba εἰ δὲ vice formulae τί δὲ ἐστίν, εἰ —, 16: 25 sqq.: τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς δέ⁸⁾ εἰς τὸν αἰῶνας — ubi PAULUS quasi praemisisset sententiam omnibus numeris absolutam addidit enunciationem relativam —, 1 Cor. 12: 28: καὶ οὓς μὲν ζήσετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον κτλ. — ubi pro: οὓς μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποστόλους, οὓς δὲ προφήτας κτλ. haec constructio, comparationem simul praebens, posita est —, 2 Cor. 7: 5: οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἀνεστιν ἡ σὰρξ ὑμῶν, ἀλλ'

1) Exterorum scriptorum anacolutha vidd. WINER (p. 500 sq. et deinde passim), KÜNNER (MATTNES) (p. 340 sq.), BERNHARDY (Synt. 462 sq.).

2) Cf. ALEX. BUTTMANN (p. 331: „PAULUS, dem sich in Folge des Gedankenreichthums und Fülle des Herzens die Sätze oft zu ganzen Seiten ausdehnten, so dass“ etc.), WINER (p. 500).

3) De lectione variante *iδε* vel *iδε* (pro *εἰ δε*), quae tolleret anacoluthon, cf. praeter TISCHENDORFII maxime v. HENGEL (ad h. l.).

4) Longo autem intervallo demum v. 15.

ἐν πάντι θλιβόμενοι — ubi extare debuisset οὐδεμίαν
ῆμεθα ἔνεσιν ἔχοντες vel simile quid — ¹⁾), Gal. 2: 6: ἀπὸ²⁾
δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκούντες
οὐδὲν προσανέβεντο — ubi per anacoluthon structura ver-
borum ἐμοὶ γὰρ κτλ. usurpatur —.

Hoc quod diximus generatim valet de anacoluthis Paulinis; speciatim vero de iis varia observari debent. Hucusque spectavimus tantum anacolutha ejusmodi ut in quacunque lingua occurrere possent; nunc sermo erit de talibus qualia nonnisi in lingua Graeca usurpatur. Primo quidem loco in oculos incurrit usus verbi finiti pro participio sive verbum finitum, usurpatum ubi nudum participium ei „coordinatum“ est: 1 Cor. 4: 14: οὐκ ἐντρέπων δυᾶς γράψω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ — pro νουθετῶν — ²⁾), 7: 37: δε δὲ ἔστηκεν ἐν τῇ καρδίᾳ ἑδραῖος, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἔξουσιαν δὲ ἔχει κτλ. — pro ἔχων —, 2 Cor. 5: 6 sqq.: θαρροῦντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδοτες δὲ θαρροῦμεν ³⁾ δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν — pro θαρροῦντες δὲ εὐδοκοῦμεν —, 6: 9: ὡς ἀπεθνήσκοντες καὶ ἵδον ζῶμεν — pro (ζμως) ζῶντες —; qualis tamen usus, haud rarus apud PAULUM, in Novo T. ⁴⁾ praeterea maxime frequens est in scriptis Johanneis. — Deinde in censem venit particula μὲν, ubi desideratur

1) Addi potuissest 2 Cor. 11: 4, qui tamen locus, satis jam tractatus, vid. supra § 13 exeunte.

2) Quem locum WINER (p. 506) hic non refert. Nihilominus ibi optime quadrant quae DISSEN (ad PINDARI Isthm. p. 527) de hoc verbi finiti usu in medium afferit: „Vides non per negligentiam veteres hoc genere uti, sed consulto, ubi quae conjuncta sunt ad vim sententiae simul tamen distinguere volunt paulo expressius.“

3) Sponte apparet hoc verbum finitum paulo aliter se habere quam laudatum ζει etc.: cf. WINER. p. 506.

4) Exterorum scriptorum exempla vidd. WINER (p. 506).

enunciatio quaedam parallela, cum δέ constructa. Hoc denuo in Novo T. tantum non unice apud PAULUM est obvium. Quod caeterum PAULUS hac in re se discernit ab aliis Novi T. auctoribus, hujus rei duplex causa est afferenda : alia jam supra commemorata eadem est ob quam anacolutha tam crebra sunt apud PAULUM; alias ratione habita animadvertisendum est, PAULUM, quemadmodum LUCAM atque epistolae ad Hebreos auctorem, omnium maxime hanc formulam ($\mu\acute{e}n \dots\dots\dots \delta\acute{e}$) usurpare. Quae quum ita sint, nil mirum est quod diximus. Hujus autem usus voculae $\mu\acute{e}n$ omissa parallelo δέ — quo igitur modo non potest non latere primo lectoris adspectui enunciatio parallela — duo distinguenda sunt genera : scilicet aut e sequentibus aut e re ipsa eliciendum est antitheton. Hoc cernitur : Rom 10 : 1 : ἀδελφοί, οὐ μὲν εἰδοκία τῆς ἐμῆς παρδίας καὶ οὐ δέκτησις εἰς σωτηρίαν (Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι κτλ.) — ubi vocabulum ἐμῆς spectat hujusmodi supplementum : quidquid ipsi Judaei agant —, 1 Cor. 5 : 3 : ἐγὼ μὲν γάρ ἥδη κέκρικα ὡς παρὸν κτλ. — ubi expressum pronomen ἐγώ sibi velle videtur ut hac ratione suppleamus : quidquid vos decreveritis —; illud, quod saepius invenitur : Rom. 1 : 8, 3 : 2, 7 : 12 : ἀστε ὁ μὲν νόμος ἄγιος, καὶ οὐ ἐντολὴ ἄγια καὶ δικαια καὶ ἀγαθή — cui enunciationi antitheton latet in proximis verbis —, 11 : 13 sq. : εἰφ' ὅσου μὲν εἰμι ἐγὼ ἔθνῶν ἀπόστολος, τὸν δικονίαν μου δοξάζω, εἰπώς παραξηλώσω μου τὴν σάρκα καὶ κτλ. — ubi in εἰπώς παραξηλώσω κτλ. antitheton conspicuum est —, 1 Cor. 11 : 18 : πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν ἐπικλησίᾳ ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν — ἐπειτα δέ κτλ. elici potest ex sequentibus συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ κτλ. —, 2 Cor. 12 : 12. — Porro addendum est, locos ex Vetere T. citatos saepius continuare quan-

dam periodum ¹⁾: Rom. 9 : 7: οὐδὲ ὅτι εἰσὶν σπέρματα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλ᾽ Ἐγ γένηκα κληθῆσθαι σοι σπέρματα, 15 : 3: καὶ γὰρ δὲ Χριστὸς οὐχ ἔσυτῷ ἥρετον, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται Οἱ διειδίσκουν τῶν διειδίζούτων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἑμέν, 20 sq.: οὗτοι δὲ Φιλοτιμοῦ μενον, εὐχαριστήσθαι οὐχ ὅπου ἀλλὰ καθὼς γέγραπται Οἵσι οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, δύσκονται κτλ., 1 Cor. 2 : 9, 3 : 21. Demum silentio praeteriri non potest 2 Cor. 9 : 1 sq.: περὶ μὲν γὰρ τῆς δικαιονίας τῆς εἰς τοὺς ἄγλους περιστόν μοι ἔστιν τὸ γράφειν διαίνειν ἐπεμψα δὲ τοὺς ἀδέλφους — ubi, quamvis post satis longum demum intervallum, apodosis sequitur, quare igitur haud optimo jure hic locus ²⁾ huc refertur —, neque practoreendum 1 Cor. 7 : 38: ὁστε καὶ δὲ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ, δὲ μὴ ἐκγαμίζων πρεῖσσον ποιεῖ — ubi aequo ac modo de particula δὲ post μὲν observavimus, per anacoluthon alterum καὶ omissum est ³⁾; qualis formula καὶ δέ (pro καὶ καὶ) saepius occurrit non videtur, quae enim exstat inter alia Mt. 16 : 18, Joh. 6 : 51, 15 : 27, non fungitur vice formulae καὶ καὶ, sed et vero, atque etiam significat —.

Anacolutho haud dissimilis est oratio variata. Quo verbo quum significetur constructio duplex (varia) enunciationum parallelarum ⁴⁾, similitudinis causa nil

1) Haec scribendi ratio, non extra Novum T. usitata, tantum non unice a PAULO adhibetur, cf. Hebr. 3 : 7.

2) Haud dissimile Gal. 4 : 24 sqq.: αὐταὶ γάρ εἰσιν δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπὸ ὅρον Σιρά δέ ἂντοι Ιερονασαλήμ ἐλευθεραὶ τοῖς, ubi tamen praeterea formula μὲν δέ conjungit res non omnino parallelas.

3) Exstat vero lectio quaedam varians satis firmis nisa fundamentis: καὶ δὲ (pro δὲ), — cui favet etiam TISCHENDORF.

4) Quarum utraque omnibus numeris absoluta esse debet, uti sponte apparent.

mirum est hanc cum illo inter alia eo quoque nomine convenire, ut in Novo T. apud PAULUM pro rata parte maxime sit frequens ¹⁾. Quae quum sit necessitudo inter utramque hanc figuram — anacoluthon et orationem variatam —, et quum hujus praeterea numero multum minora tractanda sint exempla quam illius attullimus, paucis tantum hoc loco absolvere possumus. Generatim igitur tanquam exempla ex δικοι. Paulinis afferri possunt: Rom. 1: 12, 2: 8 ²⁾, 4: 12, 11: 22, 12: 6 sqq.: ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὸν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα · εἴτε προφῆτεῖσιν εἴτε διακονιᾳν, ἐν τῇ διακονίᾳ · εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ · εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει — pro εἴτε διδασκαλίᾳ εἴτε παρακλήσιν —, 1 Cor. 7: 13, 14: 1: διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε τὰ πνευματικά, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε — pro τῷ προφητεύειν vel simile quid —, 2 Cor. 8: 23, 11: 23 sqq.: ὑπὲρ ἑγώ (ἀπόστολος Χριστοῦ) · ἐν κόποις περιστοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον, τρὶς ἐρχθδίσθην δόσιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ κτλ. ³⁾. Speciatim autem in censem veniunt ea ubi in alia enunciatione parallela singularis, in alia pluralis usurpatur, quippe qualia in Novo T. tantum non unice

1) Cf. supra § 22 ineunte. Unde explicandus sit frequens usus verborum schematis *anacoluthi* — quemadmodum igitur etiam *orationis variatae* — ? vid. supra ineunte hoc paragrapho.

2) Ubi simul, quemadmodum saepius (11:22, 2 Cor. 8:23) conjuncta invenitur ellipsis adsit.

3) Exterorum scriptorum Graecorum operae pretium est conferre XENOPHONTIS Memorab. II: 7: 8: ἔμαθον δέ πότερον ὡς οὐτε χρήσιμα ὄντα πρὸς τὸν βίον, οὔτε ποιήσονται αὐτῶν οὐδέν, η τούτωντος, ὡς καὶ ἐπιμεληθησόμεναι τούτων, καὶ ὠφεληθησόμεναι ἀπ' αὐτῶν; — nec non alii qui vidd. WINER. p. 510 sq.

apud PAULUM sunt obvia: Rom. 2: 15, 3: 8, 12: 16 sqq.: τὸ αὐτὸν εἰς ἀλλήλους Φρονοῦντες, μὴ τὰ ὑψηλὰ Φρονοῦντες ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενον μὴ γίνεσθε Φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν, 1 Cor. 4: 6 sq.: ἵνα μὴ εἰς ὑπὲρ τοῦ ἐνὸς Φυσιοῦντες κατὰ τοῦ ἑτέρου τίς γάρ σε διαιρίσει; τί δὲ ἔχεις ὁ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες πτλ., 2 Cor. 11: 6: εἰ δὲ καὶ ἴδιωτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, ἀλλ' ἐν παντὶ Φανερώσαντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς, Gal. 4: 6 sq.: ὅτι δέ ἐστε νιοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα..... ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος ἀλλὰ νιός, 6: 1¹).

§ 24.

Ellipsis.

(Winer § 64.)

Quantopere Novum T. antea liber erat in quo quisque suas inveniebat ellipses, facete lepideque dicit HERMANN, qui, alias (VIG. p. 869) plura in medium afferens de ellipsibus, hoc titulo alicubi²⁾ Novi T. libros ornat: „cereoos flecti quorumdam artibus.” Quales autem ellipses temere fictas esse, non veras³⁾, ipsa res docet. Harum fictarum genera sunt varia, pariter omnia rejicienda. Neque igitur audiendi sunt qui PAULO ellipsis obtrudere velint in periodo illa, maxime correpta vel ut ita dicam κατ' ἔξοχήν praegnante dicenda, Rom.

1) Huc etiam pertinet Jac. 2: 16: εἰπῃ δέ τις αὐτοῖς ξε θμῶν μὴ δῶτε δέ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια πτλ., — non autem Luc. 5: 4: ἐκταράγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ἡμῶν εἰς ἄγραν, quippe quo loco non potest non variari structura.

2) Opusc. I: 217, quemadmodum WINER (p. 512) monstrat.

3) Hujusmodi ellipses vidd. v. c. GLASSIUS. Philol. sacra: I. p. 632 sqq. Aliae eff. BERNARDY. Synt. p. 41 sq.

12: 6 sqq., hac ratione sine dubio vel alia hujusmodi accipienda¹⁾: ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορη, εἴτε προφητείαν (ἔχοντες) κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (τῆς δοθεῖσης ἡμῖν), εἴτε διακονίαν (ἔχοντες) ἐν τῇ διακονίᾳ (τῇ δοθεῖσῃ ἡμῖν), εἴτε διδάσκων (ἔχων χαρίσματα) ἐν τῇ διδασκαλίᾳ (τῇ δοθεῖσῃ αὐτῷ), εἴτε διπλότυπη, εἴτε παρακαλῶν (ἔχων χαρίσματα) ἐν τῇ παρακλήσει (τῇ δοθεῖσῃ αὐτῷ), διεπαδίδοντος (ἔχων χαρίσματα) ἐν ἀπλότυπῃ, διπλότυπον (ἔχων χαρίσματα) ἐν σπουδῇ, διεπαδίδοντος (ἔχων χαρίσματα) ἐν ἀπλότυπῃ; ubi id quod deest alicui enunciationi e superioribus eliciatur, quo facto omnia bene quadrant. Caeterum PAULUS non eodem nomine atque praecedentibus paragraphis²⁾ differt ab aliis Novi T. auctoribus, quod nempe pro rata uteretur magna exemplorum copia: numerus ellipsis est vulgaris, non major. Ut tamen quam minime desiderantur in universum, neque desunt tales ellipses qualibus a caeteris se discernat scriptoribus Graecis; quarum mox cuique suum tribuemus locum.

Praemittenda est aliqua observatio; quae quidem audit: ellipsis dicentem me velle nonnisi verborum figuram proprie sic dictam; figuram enim quam plures ad ellipsis referunt, breviloquentiam, postea

1) Non igitur favorem sequenti periphrasi, quae FRITZSCHIO placuit: ἔχοντες δὲ χαρίσματα διάφοραι εἴτε προφητείαν ἔχοντες κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (προφητείωμεν), εἴτε διακονίαν ἔχοντες ἐν τῇ διακονίᾳ ὅμεν, εἴτε διδάσκων (ἐστιν) ἐν τῇ διδασκαλίᾳ (ἐστιν), εἴτε διπλότυπη (ἐστιν) ἐν τῇ παρακλήσει (ἐστιν), διεπαδίδοντος (ἐστιν) ἐν ἀπλότυπῃ (μεταδιδότω), διπλότυπον (μεταδιδότω) ἐν σπουδῇ (προσποτάσθω), διεπαδίδοντος (ἐστιν) ἐν ἀπλότυπῃ (εἰλείτω). Potius album calculum adjicerem interpretationi, quam MEYER (ad h. l.) tuetur. — Caeterum quomodo eadem verba oratione variata utantur vid. excuntem § superiore.

2) Pag. 63 (generatim) sqq. (passim; speciatim).

demum tractabimus; verborum autem schema haud dissimile, a posio pesis, apud PAULAM non conspicuum usu minus usitato, in censem venire nequit in hocce opusculo. Rebus ita comparatis exordium duco a re quadem levioris momenti, nihilominus omnino singulari. Praecedenti paragrapho vidimus, locos ex Vetere T. citatos sapius continuare quandam periodum. Nunc vero animadvertisendum est, PAULUM semel ex Vetere T. ita citasse ut totius ejusdam sententiae ellipsis nasceretur: 1 Cor. 1: 31: (ὅς ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ πτλ.) ἵνα καθὼς γέγραπται 'Ο καυχάμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω¹⁾. Aliquatenus eodem nomine — tanquam res levioris momenti, nihilominus quodammodo singularis — laudari potest quaedam ellipsis antea (p. 56: 3) jam commemorata, quippe qua explicandum est σαλπίσει 1 Cor. 15: 52: ἐν τῇ ἐπιχάτῃ σάλπιγγι σαλπίσει γάρ, καὶ πτλ. — Deinde majoris est momenti, nec non omnino singularis — utpote nonnisi in ὁμολογουμένοις Paulinis obvia — loquendi formula, optimo igitur jure Paulina dicenda, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ, cui scriptae semper addenda est cogitando praecedens quaedam enunciatio: Rom. 5: 3, 11: οὐ μόνον δέ (κακταλλαγέντες σωθῆσθαι), ἀλλὰ καὶ καυχάμενοι ἐν τῷ Θεῷ πτλ., 8: 23, 9: 10: οὐ μόνον δέ (ἡ Σάρρα λόγον ἐπαγγελίας εἶχεν)²⁾, ἀλλὰ καὶ Ἀβραὰμ οὐ μόνον δέ (ἡ Σάρρα λόγον ἐπαγγελίας εἶχεν), ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεῖς πτλ.³⁾. Probe tamen tenendum

1) Cf. WINER (p. 528: haud inepte dicit γένηται [πληρωθῆ] post ἕτη subaudiendum esse), ALEX. BUTTMANN (p. 331, nec non 201).

2) Huius supplendi ratione WINER (p. 515) et MEYER (ad h. l.) favent. Non vero item v. HENGEL; qui quidem proponit (ad. h. l.): οὐ μόνον δέ (Ἀβραὰμ), ἀλλὰ καὶ Ἀβραὰμ. Alii aliter.

3) Nulla ellipsis, ne temere quidem ficta, accedit 2 Cor. 7: 7: οὐ μόνον δέ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ; ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει πτλ.

est, hanc formulam ¹⁾ ad temere fictas non ad veras ellipses pertinere, et hic afferri tantum, quia jure meritoque ad linguae Paulinae ²⁾ idioma refertur. — Porro conspicua est dictio Paulina — quo iterum non solum a caeteris Novi T. scriptoribus, sed etiam ab omnibus Graecis in universum differt — usu singulariter frequente verae cujusdam ellipsis, scilicet ejus qua omittitur copula tertiae personae sing. praes. indicat. (ἐστι); hanc enim voculam PAULUS p[er]ea caeteris auctoribus saepe missam facit — haud raro iterum atque iterum in una eademque oratione —. Obvia autem praesertim est hacc ellipsis cum in interrogationibus atque exclamationibus: Rom. 3: 1, 8: 27, 31: εἰ δὲ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; 11: 33: ὡς ἀνεξερεύνηται τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξίχνιαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, 1 Cor. 15: 55: ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου θάνατε τὸ νίκος; 2 Cor. 2: 16, 6: 14 sqq.: τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας; οὐ τίς κοινωνία Φωτὶ πρὸς τούτος; τίς δὲ συμφώνησις οὐ τίς μερὶς τίς δὲ συγκατάθεσις κτλ., tum — qua ratione haud raro sane occurrit — in quibusdam loquendi formulis, sensim paulatimque factis ut ita dicam fixis: τι γάρ: Rom. 3: 3, 1 Cor. 5: 12, τι οὖν: Rom. 3: 9, 6: 15, 11: 7, Gal. 3: 19, μακάριος tanquam praedicatum additum cuidam substantivo (expresso vel intellecto): Rom. 4: 7 ³⁾,

1) Cujus usus (apud PAULUM) causa magna ex parte eadem est, quam antea § 23 ineunte attulimus in explicandis anacoluthis Paulinis. — Cacterum ratione habita ellipsis in summa animadvertisendum est eas imprimis adhiberi ubi oratio est corripienda.

2) Exterorum scriptorum Graecorum formulae analogae vidd. WINER. p. 515.

3) Μακάριοι, ὅν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. Ita redditum est in LXX Ps. 32: 1: אֲשֶׁר־נִשְׁפַּעַן.

8¹⁾, 14: 22, εἰ δυνατόν : Rom. 12: 18, Gal. 4: 15, ἀνάγκη cum infinit. : Rom. 13: 5, πάντα μὲν καθαρά : Rom. 14: 20, πιστὸς ὁ Θεός : 1 Cor. 1: 9, 10: 13, 2 Cor. 1: 18, ἵνα τι : 1 Cor. 10: 29, δῆλον ὅτι : 1 Cor. 15: 27, Gal. 3: 11. Inter caeterarum copulac formarum ellipses, ut obiter hoc dicam, in Novo T. ad Paulinam dicendi rationem pertinet duplex haecce: primae pers. plur. ἐσμέν et praecedente particula ἵνα conjunet ἢ, — illa obvia: Rom. 8: 17, 2 Cor. 10: 7: (καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ,) οὕτως καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ, haec: Rom. 4: 16²⁾), 2 Cor. 8: 11, 13: εὐ γάρ ἵνα ἄλλοις ἀνεστις, ἡμῖν δὲ θλίψις, ἀλλ' ἔξιστητος.

Alia ellipsis formulae οὐχ ὅτι apud Novi T., alia apud exteros auctores est intelligenda; unum enim idemque οὐχ ὅτι usurpatur ab his plerumque³⁾ significatione quamquam, tametsi, ab illis autem tantum sensu non id volo, non dico quod. Hoc igitur οὐχ ὅτι etiam apud PAULUM ponitur: 2 Cor. 1: 24: οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, 3: 5: οὐχ ὅτι ικανοί ἐσμεν λογίσασθαι. Non vero ipsa hac ellipsis PAULUS se discernit a caeteris auctoribus Graecis; omnino tamen conspicuus est usu analogae cujusdam ellipsis, scilicet in formula οὐχ οἶον ὅτι, quam alibi non inveni. De vera ejus paraphrasi viri docti jam dudum disputarunt⁴⁾; et adhuc sub judice lis est. Neque facile

1) Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐ μὴ λογισηται υἱός αὐτοῖς. Ita redditum est in LXX Ps. 32: 2: אִישׁ־אָדָם לֹא יַחֲשֶׁב יְהוָה לוֹ עַזְןָ.

2) Aliis autem alia ellipsis esse videtur hoc loco. Cf. MEYER ad h. l.

3) HERMANN (VIG.): (de adverbio οὐ): οὐχ ὅτι saepe significant non solum vel non solum non."

4) Cf. praeter interpres hujus formulae (obviae Rom. 9: 6) WINER (p. 526 sq.), ALEX. BUTTMANN (p. 219). Cupidus plures sententias inter se collatas habendi adeat clarissimum v. HENGEL (ad Rom. 9: 6), qui egregie refert praecipuas interpretationes.

ullum interpretem hac in re omne laturum esse punctum jam inde satis appetet, quod hucusque qui laudatur ab his culpatur ab illis ¹⁾). Quocunque autem modo haec res se habeat, paraphrasis initium sumendum videtur ab addendo verbo λέγω: οὐ λέγω οἷον ὄτι; quo facto adhuc reliquum est ut dissolvamus vocabulum οἷον. Quod quidem scrupulum injecit jam multis interpretibus. Puto autem prope abesse a vero, quamvis satis multa ²⁾ sunt verba, si ita reddatur οἷον cum circumjectis: οὐ τοῖον λέγω, οἷον λέγω, λέγων ὄτι. Quam interpretandi rationem, quidni iniirem, nescio. Saltem

1) Tantum non perhiberi potest quod MEYER de alio quodam loco (Gal. 3:20) observat: „dass fast jeder Ausleger von Bedeutung seinen eigenen Weg ging”, vel: (die Stelle) „hat deren (verschiedenen Erklärungen) über 250 erfahren müssen”.

2) Quod sane per se scrupulum injicere nequit. Nec desunt paraphrases aequae productae: cf. quam tuetur v. HENGEL ad h. l. (Rom. 9:6). — Caeterum, ut hoc obiter dicam, miror hanc laudatam clarissimi v. HENGEL paraphrasin. Concedo fieri posse ut reddatur formula οὐχ ὄτι (Joh. 6:46, 7:22, 2 Cor. 1:24, 3:5, Phil. 3:12: οὐχ ὄτι ηθη ἔλαβον ἢ πτλ.) per τοῦτο λέγον, οὐ λέγω, δει, — quamvis non intelligo, quid sibi velit hoc loco τοῦτο λέγον: οὐ λέγω, δει jam sufficit, τοῦτο λέγων supervacuum videtur. Nullo autem pacto talis paraphrasis formulae οὐχ ὄτι, quamvis probata sit, compellit ad prioris (οὐχ οἷον ὄτι) talem interpretationem: τοιούτε λέγων, οἷον τοῦτο λέγον, οὐ λέγω ὄτι; contra ratione habita illius οὐχ ὄτι paraphrasin nanciscimur τοῦτο λέγων, οὐ λέγω οἷον ὄτι. Unde cernitur tantum non nihil profectum esse instituta illa comparatione. Quo scilicet pacto cardo quaestionis non tangitur. Non enim explicat, quid denique sibi velit vocabulum οἷον in hoc nexus: nam missis factis, quae praemittuntur — τοιούτε δειτε — et aequae facile omitti possunt ac τοῦτο λέγον in altera illa paraphrasi, intelligitur οἷον nequaquam esse redditum. Et eam maxime ob causam haec quoque explicatio, quamvis prae aliis se commendat virtutibus — v. e. ubi postremo agitur de causa, qua forte motus PAULUS hoc loco usus sit hac verborum structura —, rejicienda mihi est visa.

haec paraphrasis se commendare mihi videtur eo quod et simplex sit et grammaticae regulae illo modo non laedantur. Praeterea haec verba ita accepta non possunt non in nexu suo bene quadrare : Rom. 9 : 6 : ὃς τοῖς δὲ λέγω, οἵτοι λέγω, λέγων δὲτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

Ubi quaestio habetur ellipsis quibus PAULUS ab aliis se discernat auctoribus Graecis, neque praeter eunda videtur quam supra (p. 29) jam tractavimus ellipsis, non verbi tantum sed etiam ipsius vocabuli $\lambda\varepsilon\nu$, scilicet in periodis hypotheticis referendis ad classem quartam vulgaris divisionis. Jure autem minore in censum veniunt, quamvis non penitus silentio praeteriri possunt — utpote praeter PAULUM vix aut ne vix quidem a Novi T. auctoribus usurpata —, relativum δ integrum ante periodum positum, significatione *quod allinet ad, quod*, et verbum $\lambda\varepsilon\gamma\varepsilon$; sine expresso subjecto positum; de quorum priore egimus (supra) p. 13; de altero diximus (supra) p. 57.

§ 25.

Pleonasmus.

(Winer § 65.)

Quod supra (praecedente paragrapho ineunte) perhibuimus de ellipsis, idem mutatis mutandis praedicare licet de pleonasmis: quantopere Novum T. antea liber erat in quo quisque suos inveniebat pleonasmos etc¹⁾. Distinguendi igitur sunt temere facti et veri pleonas-

1) Ll. deinde additur titulus ille, quo HERMANN ornavit Novi T. libros: „crescere flecti quorundam artibus.” — Caeterum de Novi T. pleonasmis conferri potest GLASSIUS. Philol. sacra: I. p. 641 sqq., — quamvis hoccce meliora non desiderantur.

mi¹⁾, quemadmodum incidimus in temere fictas et in veras ellipses. Studiosum descendit quinam sint veri, merito WINER²⁾ conferre jubet QUINTILIANUM³⁾ dicentem pleonasmum tale „vitium, cum supervacuis verbis oratio oneratur.” Unde cernitur hanc verborum figuram — pleonasmum — plane oppositam esse modo tractatae — ellipsi —. Nihilominus tanta est similitudo hanc inter et illam ut etiam de exemplorum copia, qua PAULUS utitur, iterum idem valeat (mutatis mutandis) atque antea: numerus pleonasmarum Paulinorum est vulgaris, non major pro rata quam caeterorum Novi T. auctorum. Caeterum vero inter ellipsis alia exempla memoravimus ejusmodi quibus PAULUS ab exteris Graecis se discernat auctoribus, e contrario pleonasmi laudanda sunt unice talia quibus PAULUS a caeteris Novi T. scriptoribus differat.

Proxima autem scribens, volo pleonasmos proprietatem dictos. Inter caeteros enim — spurios, ut ita dicam — non desunt ejusmodi, qui re ipsa ad linguae |Paulinae idioma sunt referendi. Quales temere ficti pleonasmi, partim ergo utpote apud PAULUM tantum obvii Paulini

1) Eodem modo dividi atque WINER (p. 534) separat: „Das Allermeiste was man im N. T. (und ausser demselben) Pleonasmus genannt hat, ist Umständlichkeit oder häufiger Fülle der Rede Vom Pleonasmus unterscheidet sich diese Ausdruckweise Das Gegentheil ist nicht Ellipse, sondern Präcision.” — Contra ALEX. BUTTMANN, non satis perfecta ἀργυρεία usus hac in re, imo ne a culpa negligentiae quidem liberandus, omnia uno eodemque nomine (pleonasmos) vocat; vid. (ALEX. BUTTMANN) p. 340 sq.

2) WINER, p. 530:2): „QUINTIL giebt eine einfache, aber recht verstandene, zureichende Definition”. Caeterum cf. etiam BERNHARDY. Synt. p. 44.

3) Instit. orat. VIII: 3: 53. — H. WEYTINGH. Hist. lit. p. 154: (QUINTIL.) „dignus est, qui proximum a CICERONE locum obtineat inter Eloquentiae doctores”.

dicendi, partim etiam extra Novum T. usurpati, una omnes pertinent ad orationem omnibus numeris absolutam sive plenam ut ita nuncupem¹⁾, i. e. dicendi ratio quae, quamvis non pleonasmus²⁾, emphasis causa ita est comparata ut omnia ex omni parte sint completa. Hujus spurii pleonasmi generis exempla Paulina duplicitis sunt rationis: et talia quae a cacteris Novi T. auctoribus PAULUM distinguunt, et ejusmodi quibus ab exteris Graecis scriptoribus differt. Ea in re tamen simul convenient exempla quae volumus, ut in omnibus idem vocabulum vel vocabulorum conjunctio semel saepiusve repetatur — in parallelis enunciationibus —.

Maximi pro rata sunt momenti: ἐλάβετε πνεῦμα: Rom. 8: 15: οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας ἀλλὰ ἐλάβετε πνεῦμα νισθεσίας, — κοινό: 14: 14: οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκεῖνῳ κοινόν, — ποῦ: 1 Cor. 1: 20: ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συνζητητής κτλ., — ἥδη: 4: 8: bis, — ἀλλά³⁾: 6: 11: ter, 2 Cor. 2: 17: bis, 7: 11: sexies, — πάντες: 1 Cor. 10: 1 sqq.: οἱ πατέρες πάντες ὑπὸ τὴν υεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωυσῆν καὶ πάντες τὸ αὐτὸ δρῶμον πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ κτλ., — καὶ ἔτι: 13: 2: καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, 3:

1) Alterum illud genus specto pleonasmi temere sicuti, quod WINER (cf. § 25 ineunte) dicit *Fülle der Rede*. Prius genus est *Umständlichkeit der Rede*, de quo tamen in hac disquisitione sermo non est.

2) A quo ita discrepat absoluta hacc oratio, ut in ea — utor ipsissimis quae WINER (p. 534) habet verbis — „kein Wort oder Worttheil des Satzes eine Vorstellung enthält, die nicht auch mitgedacht werden sollte, wenn sie auch für das logische Ganze des Gedankens nicht schlechthin nothwendig ist.”

3) Caeterum de repetita hac conjunctione — quo scilicet facto antitheton multo mellius oculos in se convertit — vid. supra § 18.

bis, — ὡς νήπιος : 13 : 11 : ter, — ὅπὸ πάντων : 14 : 24 : bis, — ίδεν υἱον¹⁾ : 2 Cor. 6 : 2 : bis, — οὐδένα : 7 : 2 : ter, — εἰ τις : 11 : 20 : ἀνέχετθε γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κτλ., — κινδύνοις : 11 : 26 : κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις ληστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἔθνου, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν φευδαδέλφοις, — ἵνα μὴ ὑπερβαίρωμι : 12 : 7 : bis.

Tractatis igitur pleonasmis temere fictis jam transeamus ad illa pauca hujus verborum schematis vera exempla, de quibus agendum est in hac disquisitione. Horum paucorum nullum esse ejusmodi quo PAULUS se discernat a scriptoribus Graecis exteris ex superioribus (ineunte hoc paragrapho) novimus, ubi vidimus sermonem fore unice de talibus quibus PAULUS a caeteris Novi T. auctoribus differat. Quo pacto igitur tanquam pleonasmus in censem venit usus verbi λογίζομαι in hac constructione: (λογίζομαι) τινὰ ὡς τι (τινα), ubi scilicet particula ὡς non potest non abundare. Haec dicendi ratio, usitata igitur quoque apud exteros scriptores²⁾, in Novo T. a PAULO tantum usurpatum: Rom. 8 : 36 : ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς³⁾, 1 Cor. 4 : 1 : οὕτως ὑμᾶς λογίζεσθα δινθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ καὶ οἰκονόμος μυστηρίων Θεοῦ, 2 Cor. 10 : 2 : τοὺς λογίζομένους ὑμᾶς ὡς⁴⁾ κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Eodem modo dicendum est de vocula ὡς Rom. 9 : 29 : ὡς Γόμορρα ἀν-

1) In his vocibus WINER (p. 537) conferri jubet ARRIANI Epict. III : 23 : 20, nec non VII : 2 : 7.

2) Cf. KÜHNER (II. p. 375, — quem conferri jubet MEYER ad 2 Cor. 10 : 2), WINER (p. 531).

נְהַשְׁבָּנו בֶּצְאָן תְּבִרָה 3)


וְהַשְׁבָּנו לוֹ כַּצְדִּיו חַשְׁבָּ בָּ 4)

ώμοιώθημεν¹⁾ , — ubi tamen praeterea observandum est ὅς non quodammodo dicis causa additum esse, sed inde explicandum videri quod coaluerit hoc loco utraque haec loquendi formula γίνομαι ὅς τι²⁾ et δύοισι τινὶ³⁾ . — Postremum haud dubie valet de formula ἐκτὸς εἰ μή⁴⁾ , extra epistolas dictas Paulinas non obvia in Novo T.⁵⁾ : quae quidem oriunda est ex duabus inter se mixtis particularum conjunctionibus ἐκτὸς εἰ et εἰ μή ; in δύοισι συμένοις (Paulinis) exstat : 1 Cor. 14 : 5 : μείζων δὲ προφῆτεύων οὐδὲ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μή διερμηνεύῃ, 15 : 2 : δι' οὖτος καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὑηγελιτάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μή εἰκῇ ἐπιστεύτατε. Locis hisce laudatis particulam μή pleonasmum efficere perhibere licet; nullo autem pacto fieri potest ut (semel) parallelum negandi adverbium οὐ itidem per pleonasmum usurpaverit PAULUS Rom. 4 : 19 : καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησεν τὸ ἁυτοῦ σῶμα νυνεκρωμένον; hoc enim satis jam inde appetet, quod si οὐ non praemittitur verbo κατενόησεν⁶⁾ semper ad orationem

1) Nullo pacto WINER ibi pleonasmum reperiri negavit. Minus recte igitur v. HENGEL (ad h. l.) perhibet: (WINER) „In Ed. VI. p. 531 non retractavit quidem, quae antea scripserat (Rom. 9 : 29 pleonasmum reperi), sed se tamen minus certum esse prodidit.“ Conferatur modo non tantum p. 531, sed etiam p. 533.

2) Quam formulam continent praecedentia: ὅς Σέδομα ἦν ἐγενήθημεν.

3) Grammatica Paulina, utpote secuta LXX, aliquatenus hoc loco liberanda est negligentiae culpa. Cacterum hujus pleonasmi ansam non dedit textus Hebraicus, quippe qui ita se habet loco citato (Jes. 1 : 9):



4) Cf. WINER (p. 533 sq.), ALEX. BUTTMANS (p. 191, 297, 305), nec non MEYER (ad 1 Cor. 14 : 5).

5) Quod ad exterios scriptores Graecos cf. LOBECK (PHRYN). p. 459.

6) LACHMANN (quemadmodum anteà TISCHENDORF) aliisque hanc lectio-

aliquatenus $\omega\delta$ est subaudiendum, nisi miram quandam interpretandi rationem ineamus, talem v. c. qualis obvia est apud ALEX. BUTTMANNUM, lectioni laudatae quam minime album calculum adjicientem, sed sententiam $\omega\delta$ esse omittendum strenue defendantem (p. : 305 sq.) .— Denuo adhuc exponendum est de vocabulo $\omega\delta$, ubi ea ratione positum est ut facile pleonasimus ei obtrudi possit, vel, ut dicam quod sentiam, additur conjunctioni $\delta\tau i$. Hac junctione — $\omega\delta \delta\tau i$ — in Novo T. ¹⁾ PAULUS (bis: in altera ad Corinthios epistola) utitur:

2 Cor. 5: 19: (*καὶ δέντος ἡμῖν τὴν δικαιοίαν τῆς καταλλαγῆς.*) $\omega\delta \delta\tau i$ Θεὸς ἡν ἐν Χριστῷ κόσμου καταλλάσσον ἐστι, 11: 21: *κατὰ ἀποικιῶν λέγω, ω\δ\delta\tau i ἡμεῖς οὐθενάσαμεν,* — uti primo sane aspectui abundare videtur additum $\omega\delta$, re autem probe inspecta non potest non jure meritoque positum esse censeri ²⁾). Veram autem significationem non melius praebere possumus quam si reddimus $\omega\delta \delta\tau i$ per *quippe quod, scilicet quod*, vel si ex lingua vernacula cum ultimo $\omega\delta \delta\tau i$ (2 Cor. 11: 21) comparamus nostrum *als dat* — v. c. in loquendi formula: „er wordt bekend gemaakt, als dat,” quemadmodum audit non-nunquam per soloecismum —. Itidem speciosius quam verius pronomini demonstrativo, usurpato qua ratione

nem probandum esse dixerunt: cf. etiam proxima observatio de ALEX. BUTTMANNO. Praeter WINERUM, clarissimum v. HENGEL, MEYERUM hodie etiam TISCHENDORF lectioni $\omega\delta$ (*κατερόησεν*) favet; nec non FRITZSCHE (ad ll.: „At correctores sustulernnt vocem aut quod aut quod negationem fe ri non posse sibi persuasissent”).

1) Extra Novum T. laudando usu atque sensu obvium est $\omega\delta \delta\tau i$ non tantum apud recentioris aevi auctores, sed etiam antea: cf. WINER (p. 544), MEYER (ad 2 Cor. 11: 21).

2) Quid $\omega\delta$ in junctione $\omega\delta \delta\tau i$ re ipsa sibi velit? Iuvenenter docet WINER (p. 544): *reigentlich (bezeichnet $\omega\delta$) dass die mit $\delta\tau i$ eingeführte Meinung eine referierte, fremde oder gar vorgegebene sei*.

antea (§ 5) vidimus, pleonasmus tribuitur proprie sic dictus. Quare quam minime verum pleonasmum ibi esse spectatum, probe tenendum est ¹⁾.

§ 26.

Breviloquentia (constrictio praegnans) et attractio.

(Winer § 66.)

Superiori quodam paragrapho — § 22 incunte — vidi-
mus, uti satis etiam cognitum est, facile fieri posse ut
sermo sit de Paulinis parenthesibus, anacoluthis et oratio-
nibus variatis. Idem valet de brachylogiis sive brevi-
loquentiis (et constructionibus praegnantibus, ad brevilo-
quentias proprie referendis), nec non de attractionibus ²⁾.
Neque sane deest magnus carum numerus; *καὶ τὸν ἔτερον*
autem non disiderantur, uti mox videbimus, brevilo-
quentiae exempla.

Quae quum ita sint quod ad utriusque figurae usum
attinet, sensu harum prior — breviloquentia — satis
convenit cum verborum illo schemate quod penultimo
paragrapho tractavimus, scilicet cum ellipsi ³⁾. Ut sponte
apparcat ex afferendis exemplis. Horum quinque dis-
tinguenda sunt genera. Quamvis enim etiam alia exstant

1) Haud inepte pleonasmus quem spectamus ad temere fictos (cf. initium hujus paragraphi) referretur.

2) Non praeterendum est quod his de rebus in medium affert SCHIR-
LITZ (Grundzüge. § 9), — et de brachylogiis et attractionibus Graecis
generatim BERNHARDY. Synt. p. 455 sq., 463 sqq.

3) A qua breviloquentia catenus differt — quemadmodum WINER
(p. 546) haud inepte dicit —, „sofern beim elliptischen Satzbau immer
die grammatische Structur auf Auslassung eines bestimmten einzelnen
Wortes hinweist, bei der Breviloq. aber die Lücke durch die Structur
verdeckt ist.”

genera, et alia igitur etiam exempla, haec in linguae Paulinae idiomatis disquisitione laudanda prae caeteris digna sunt, quae communicentur. — Utpote in Novo T. ¹⁾ a PAULO maxime usurpata primo quidem in censem venit talis breviloquentia, ubi protasi additur apodosis, missa facto quocunque medio directo: Rom. (2: 14 ²⁾,) 11: 18: εἰ δὲ κατηκαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν βίζαν βαστάζεις ἀλλὰ ἡ βίζα σέ ubi cogitando addi potest: ἵσθι (διενοοῦ), δότι (οὐ σύ) ³⁾ —, 1 Cor. 9: 17, 11: 16: εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεμος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήβειν οὐκ ἔχομεν, ubi idem supplendum videtur. — Aliud autem breviloquentiae Paulinae genus illud est, quod reperitur 2 Cor. 3: 18, 6: 13, et quod ipsum supra p. 21 spectavimus. — Quo nomine deinde in censem venit constructio illa quae praegnans dicitur, — quae vero, uti probe tenendum est et ex LUCAE maxime ⁴⁾ scriptis sponte appetet, etiam alibi in Novo T. satis frequens esse solet: Rom. 7: 2, 6, 8: 21: ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἴδئῆς τῶν κτλ. — ubi cernitur constructio praegnans in ἐλευθερωθήσεται εἰς ⁵⁾ τὴν ἐλευθερίαν —, 9: 3, 16: 20: δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὅμῶν ἐν τάχει — cernenda in συντρίψει ὑπὸ τοὺς πόδας —,

1) Conferri jubet WINER (p. 546) Latinorum subinde omissum scito, v. c. CICERONIS De orat. II: 51: «Atqui, ne nostros contemnas..... Gracci quoque sic initio scriptitarunt».

2) FRITZSCHE ad h. l.: «concius PAULUS..... οὗτοι — εαυτοῖς εἰσιν νόμος scripsit pro..... δῆλον, δὲ οὗτοι — εαυτοῖς εἰσιν νόμος.»

3) Ita WINER; THEODORETUS, quem v. HENGEL monstrat, hanc supplet: λογίζου δὲ καὶ τοῦτο.

4) Apud LUCAM adeo frequens est haec constructio, ut hic auctor forte eodem jure hac in re atque PAULUS fruatur.

5) Hujusmodi usus praepositionis εἰς aliaque exterorum Graecorum scriptorum similia vidd. WINER. p. 547.

1 Cor. 15: 54: κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκος ¹⁾, 2 Cor. 2: 17, 5: 5: ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Θεός, 8: 24, 10: 5, 11: 3: μήπως..... Φθαρῇ τὰ νοῆματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἀπλότητος, Gal. 3: 14, 5: 4: κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. — Porro accedit, quamvis et alibi in Novo T. et apud PAULUM nequaquam tam usitatum quam constructio praegnans, zeugma sive illa syntaxis figura qua plures enunciationes uno connectuntur verbo: 1 Cor. 3: 2: γάλλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα — zeugma cernendum in ἐπότισα — ²⁾, 7: 19: ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἔστιν, ἀλλὰ τὴρ τις ἐντολὴν Θεοῦ — per zeugma supplendum ἔστιν τινα τὰ πάντα ἔστι —, 14: 34: οὐ γὰρ ἐπιτέτρωπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλὰ ὑποτάσσεσθαι; hic zeugma cernendum est in ἐπιτέτρωπται. — Denique silentio non practereundus est — satis magni enim videtur momenti, tametsi non saepe numero apud PAULUM obvius — usus per prolepsin, ut ita dicam, adjectivorum nonnullorum effectus ³⁾: (Rom. 1: 21: ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία — per prolepsin forte ἀσύνετος —,) ⁴⁾ 1 Cor. 1: 8: δε καὶ βεβαιώσει

1) PAULUS, hac in re LXX non secutus, ita ad sensum reddidit Jes. 25: 8: בְּלֹעַ חֲמוֹת לִנְצָחָן.

2) Cf. BERNHARDY. Synt. p. 457 sq., — et HOMERI Iliad. VIII: 546:

..... οἵνον δὲ μελισσονα οἴριζοντο,
Σιτόν τ'ει μεγάσων, ἐπὶ δὲ ξύλα πολλὰ λέγοντο.

Caeterum quod ad exterorū auctores Graecos attinet vid. WINER. p. 548.

3) Exterorū scriptorum Graecorū WINER (p. 549) conferri jubet et alia et — haud incepte — SOPHOCLIS Oed. Col.: 1202: τῶν σῶν ἀθίρκυτων ὄμρατων τητάμενος.

4) Cf. WINER (qui in 5. ed. [p. 681 sq.] magis adhuc favet interpretationi per prolepsin quam in 6. [p. 550]), nec non MEYER (ad 2 Cor. 4: 4) et v. HENGEL (paraphrasis ad h. 1., ne leviter quidem tangens prolepsis usum).

ὑπᾶς ἔως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου κτλ. — ubi per prolepsin ponitur ἀνεγκλήτους — (, 2 Cor. 4: 4: ἐπύφλωσεν τὰ γνήματα τῶν ἀπίστων — per prolepsin forte τῶν ἀπίστων —)¹⁾.

Peracta igitur hac breviloquentiae tractatione, adhuc reliquum est ut breviter exponamus de altera ultra illa figura in initio paragraphi spectata, de attractione. „Attractionem” vero dicens generatim loqui mihi est propositum, non speciatim tantum illud volo syntaxis schema quod in pronomine relativo tractando occurrit hoc titulo. Specto autem — ut optimis quae HERMANN²⁾ habet verba ipsissimis utar —: „siquid eo, quod simul ad duas orationis partes refertur, ad quarum alteram non recte refertur, ambas in unam conjungit.” — Quo facto introitu exspectari posset ampla attractionis exemplorum series. Ita autem egregie falceremur: parturient montes, nascetur ridiculus mus! Praeter attractionem quandam, re ipsa quidem Paulinam sed supra (§ 5) jam tractatam, hic tantum digna est quae laudetur attractio quae cernitur in hisce verbis Paulinis: Rom. 3: 7 sq.: τι ἔτι ἐγώ ὁς ἀμαρτωλὸς οὐδεποτε; καὶ μή, καθὼς βλασphemούμενος καὶ καθός Φατί τινες ἤδη λέγειν, ὅτι παιγνιῶντα παιδά, ἵνα κτλ., ubi attractio in eo posita est quod ὅτι παιγνιῶντα κτλ. verbo λέγειν uno tenore additur, quasi non praeccederet καὶ μή, unde notio quae inest in ὅτι παιγνιῶντα κτλ. revera pendere videtur³⁾.

1) Cf. WINER (p. 550), MEYER (ad h. 1), quibus non satis placet explicatio per prolepsin; e contrario FRITZSCHUS per paraphrasin ita reddit τῶν ἀπίστων: „hoc effectu ut nullam haberent fidem”.

2) Cf. HERMANN (VIG.), p. 891 sqq.

3) Cf. WINER (p. 553), MEYER (ad h. 1). Inter alias hujus rei explanationes vid. imprimis quam praebet v. HENGEL (ad h. 1), cui post

§ 27.

Hypallage. Paronomasia, annominatio,
parallelismus et versus.

(Winer § 67 sq.)

Qua ratione antea (p. 65 sq.) explicavimus Paulinum nsum frequentem anacoluthorum, eadem utendum est ubi quaeritur de hypallagis satis crebro obviis in linguae Paulinac idiomate. Hujus usus facile maxima vel potius unica causa habenda est, quod PAULUS scribendo addictus magis orationis argumentum quam formam curaret. Quod autem attinet ad hypallagae exempla: quamvis apud PAULUM vulgo pro rata haud pauca ¹⁾, nihilominus hic duo tantum in censem veniunt, — ita comparata, ut ad unum hypallagae genus referenda sint. Specto 1 Cor. 7 : 36 : (*ὅτες παίστοι· οὐχ ἀμορτάνει,*) γαμεῖται, Gal. 1 : 23 : *μόνοι δὲ ἀκούοντες ἦσαν*, ubi scil., quemadmodum nusquam alibi in Novo T. inveni, subjectum omissum est et obliqua ratione ex praecedentibus est supplendum. Quale missum factum subjectum vice priori — 1 Cor., eliciendum ex commemoratione de filia pubere facta — habendum est *filia ejusque amans* vel simile quid; altera vice — Gal., eliciendum ex *ταῖς ἐπηληγοταῖς κτλ.* — facile esse posset *οἱ τὰν ἐπηληγοτῶν* *καὶ μὴ* supplere placet *λέγω*. Quae tamen interpretatio eam maxime ob causam rejicienda mihi videtur, quod non quaeritur, quid dicatur, sed quid efficiatur? — Caeterum utraque interpretandi ratio satis multis utitur locis parallelis ex caeteris Graecis scriptoribus, — de quibus vidd. et WINER (ll.) et v. HENGEL (ll.). Neque praeterenndus est BEELIN (Gramm. p. 514 sq.).

1) Quomodo fieri potuerit ut numerus nimis magnus sit propositus? vid. CLASSIUS. Philol. sacra: I. p. 652 sqq.

κτλ. — Hanc syntaxis figuram esse quandam structuram ad sensum (*κατὰ σύνεσιν*), non opus est ut explicem. —

Alia praedicare licet de paronomasia. Haec enim figura, unicuique generatim auctori Orientali adamata, Paulinae speciatim dictioni quam maxime est usitata. Quo nomine tamen non unice differunt hypallage et paronomasia: accedit, hoc schema non solum quemadmodum illud menti Paulinae — pro servido ejus indole — sponte se obtulisse, sed saepius etiam ab hoc auctore data opera esse usurpatum. Cujus usus consilium alterum utrum ubique fuisse necesse est ut sumamus: vel ut oratio majori varietate, vel ut majori emphasi esset instructa¹⁾. Varia exstant exempla: Rom. 1 : 29: *μεττοὺς φθόνου, φύγου,* 31: *ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους,* 8 : 23: *αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν,* 11 : 17, 1 Cor. 2 : 13: *ἐν διδασκοῖς πνευμάτως, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες,* 10 : 12, 2 Cor. 8 : 22, 9 : 8: *ἐν πνυτὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες*²⁾, Gal. 5 : 7 sq.: *τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὥμας,* ubi nonnisi paronomasiae inducendae causa minus usitatum *πεισμανή*³⁾ positum videtur. — Vulgo cognitum est paronomasia in tantum sibi velle similis soni vocabulorum repetitionem. Longe alia est res quum annominatio spectatur, quae scilicet soni non tan-

1) De hac syntaxis figura quod ad Paulum attinet cf., praeter GLASIUM, Philol. sacra: I. p. 1335—1342, imprimis J. F. BÖTTCHER. De paronomasia finitimus quo ei figuris Paulo Ap. frequentatis.

2) Cf. XENOPHONTIS Anab. II: 5 : 7: *πάρτη γὰρ πάρτα τοῖς θεοῖς ἵπογα καὶ πανταχῆ πάρτων ἵοις οἱ θεοὶ κρατοῦσι.* — Caeterum exterorum auctorum Graecorum loci hisce Paulinis paralleli vidd. WINER. p. 560.

3) Unice obvium apud recentioris aevi auctores: APOLLONIUM DISCOLUM, scriptores nonnullos ecclesiast., EUSTATHIUM.

tum sed significationis etiam habet rationem ¹⁾. Caeterum de hac tantum non omnia eadem atque de illa valent; forte numero quodammodo plura sunt annominationis exempla, quibus PAULUS usus est, quam paronomasiae: Rom. 1 : 20, 28, 3 : 3: εἰ ἡπίστησάν τις, μὴ οὐ ἀπίστια αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; 11 : 17, 12 : 3 : μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὁ δεῖ Φρονεῖν, ἀλλὰ Φρονεῖν εἰς τὸ σωΦρονεῖν, 16 : 2, 1 Cor. 3 : 17 : εἴ τις τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ Φθείρει, Φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός, 6 : 2, 11 : 29, 31 : εἰ δὲ ἐσυτοὺς διεκρίνουμεν, οὐκ ἀν ἐκρινόμεθα, 14 : 10, 2 Cor. 3 : 2, 4 : 8 : ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαποσύμενοι, 5 : 4, 21, 10 : 3 : ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, εὐ κατὰ σάρκα στρατεύμεθα, Gal. 4 : 17 : ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐπκλείσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε· καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι κτλ.

Neque desiderantur in ὁμολογουμένοις Paulinis parallelismi Orientalis ²⁾ exempla. Quae autem quum etiam alibi existent in Novo T., conspicua est dictio Paulina usu hujus parallelismi in argumento dogmatico: Rom. (4 : 25 : ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παρηπτάμετα ἡμῶν ναὶ ἡγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν,) ³⁾ 10 : 10: καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιούμενον, στήκατι δὲ ὁμολογεῖται εἰς

1) Cujusmodi exemplum luculentum praebet AESCHINIS Ctesiph. 78: οὐ τὸν τρόπον ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μεντίλλετε. Varia scriptorum Graecorum exempla vidd. WINER. p. 562.

2) Quamquam non speciatim dictionem Paulinam tetigerit, tamen silentio non praetercurdus est de parallelismi Orientalis proprietate bene meritus nestras J. J. SNOKK HURGRONJE (De parallel. membror. in J. Chr. dictis observando).

3) Quamvis fieri possit ut in his verbis lateat parallelismus aliquis, mili tam non probabile non est. Non igitur facio eum viro docto SNOKK HURGRONJE addente (ll. p. 207): (In Apostolorum etiam epistolis plurima sunt quae, nisi animadverso et consulto membrorum parallelismo, certa et accurata ratione interpretari nequeas,) «veluti in PAULI ad Rom. epist. IV: 25».

σωτησιαν. — Ubi paucis denique absolvitur de Graecorum poëtarum effatis usurpatis, cadem sere atque modo dicenda sunt: quae quamvis neque alibi in Novo T. desiderantur, a PAULO tantum adhibentur instar versus citati ¹⁾. Qualis tamen versus in ἐμολογουμένοις Paulinis occurrit nonnisi 1 Cor. 15:33: Θείρωντιν οὐκ χρῆτο²⁾ ἔμισι παχαι, quem locum PAULUS citavit ex MENANDRI quadam comoedia — probabiliter ³⁾ ea quae Thais est inscripta —.

ADDITIONUM.

Cilicismus.

Ut de hebraismis Paulinis separatim agamus, linguae Paulinae idioma ansam non praebet. Nonnulla quemadmodum observatis de parallelismo — pagina superiori — aliquatenus hue referri possunt, sed levioris tantum sunt momenti: non talis ut seorsum in hoc opusculo tractarentur. Reliquum vero est ut in medium afferam quid sentiam de cilicismis, PAULO tributis. Quo nomine scilicet HIERONYMUS ⁴⁾ quaedam laudat

1) Saltem tantum locis dictis Paulinis, — quippe quibus etiam annumeramus Act. 17: 28: τοῦ γὰρ ναὶ γέρος ἐσπέρ.

2) Metri ratione omnia bene quadrant probata lectione χρῆτο³⁾. Probabilior tamen est lectio χρῆτο³⁾; metrum igitur PAULUS neglexerit. — Caeterum hic versus est jambicus trimeter acatalectus sive senarius (uti Latine proprie audit).

3) Quum comoediae pars tantum supersit, non fieri potest ut omnino certiores hac de re fiamus. Cf. MEINEKE. MENANDRI fragm. ed. p. 75.

4) Epistola ad ALGASIAM: quaest. 10. Quatnor commemorantur exempla, non solum in ὥρῳ obvia, sed etiam in ἀριθ. Paulinis.

verba, quae PAULUS secundum morem provinciae suaे usurpasset; ita v. e. 1 Cor. 4 : 3 : ἐμοὶ δὲ εἰς ἑλλήστερὸν ἵστη ἡ αὐτοῦ φύσις ἡμᾶς ὁμοιότερον ἡ πόλις ἀνθρωπίνης ἡμέρας, ex cilicum more esset explicandum quod PAULUS dixit *diem* (*ἡμέρα*) pro *judicio*¹⁾. Non solum autem ipsa haec verba modo parum auctorem sonant alienum (Cilicum, non-Graecum), sed praeterea modo parum dijudicari potest quae iis inesset proprietas Cilica, quippe quae tantum non omnino adhuc est ignota. Quae quum ita sint, disquisitionem de cilicismis Paulinis, utpote de re ad meras hypotheses referenda, missam faciamus necesse est.

1) Ut appareat hoc non Cilicum, sed Hebraeorum esse idioma, GLASSIUS (Philol. sacra: I: 4: De stylo PAULI Apostoli) conferri jubet DRESEM ad N. T. II. p. 181.

APPENDIX

SIVE

INQUISITIO DE EPISTOLAE AD EPH. LINQUA,
UTRUM PAULO TRIBUENDA SIT NEC NE.

P R A E M O N E N D A.

Postquam igitur novimus criterium linguae Paulinae idiomatis quomodo se habeat, jam cognoscamus ratione adhibitum sit ad ἀντιλεγούντων Paulinorum partem, quamvis parvam. Transeamus ad *Inquisitionem de epistolae ad Eph. lingua, utrum PAULO tribuenda sit nec ne*¹⁾.

Sed ita dicere pergeus in errorem lectores ducerem. Scilicet modo dictis addeudum est, dicentem Inqui-

1) Haud unam ob causam mihi commendanda erat tractio hujus epistolae. Imprimis autem motus sum illa quod, quum caetera ἀριθμοὶ non talia erant quae satis mihi placebent, nulla suppettebat mihi causa, quare non eligerem epistolam, a qua ὁ πολογουμένος praemissis vulgo initium sumitur in computandis epistolis Paulinis. Quod enim in medium afferri posset, peculiaris illa necessitudo hanc epistolam inter et epist. ad Col., propositi ratione habita nihil ad rem attinere mihi visum est.

sitionem de epistola ad Eph. lingua, me non velle tractationem de epistolae continuam, quasi protalussem aliquem commentarium q. d. perpetuum. Contra non nisi loca selecta litterarum sumsi tractanda, eaque haud magna. Cujus rei causam, antea jam allatam ¹⁾, nunc non repetam. Quod autem ad ejus effectum attinet: sane certior esset institutae comparationis epicricis, si uno tenore litterae essent tractatae; quod autem quum fieri nequirit, haec jam sufficient. Nihilominus neque hujusmodi effectus nullius pretii est habendus, si quidem ex unguibus aliquatenus leo aestimari potest.

Monendis praemissis nonnulla varii generis sunt addenda. Exordium duo ab hac observatione. Ubi critice agitur de textu scripturae alicujus, magni momenti quaestio est, num lectio quaedam sponte, ut ita dicam, orta sit, an data opera. Eodem jure in scripturae cujusdam authentia ex linguae idiomate dijudicanda quaeri potest, utrum falsarius hypotheticus doctus fuerit atque rei suae ex omni parte peritus nec ne. Multum enim inde pendet. Si nempe emunetae naris vir esset, vocabula v. c. in parte lexicali a me collata saepius nil probarent, quippe quae talis falsarius haud dubie sibi arrogasset; sin minus ejusmodi esset, saepius plurimum probarent, utpote pertenentia ad linguae Paulinae idioma. Quae quum ita sint — quum eadem apud hos probent authentiam, apud illos improbent —, nihil efficere licet ex nudis illis vocabulis, sed semper spectandus est modus quo occurunt ²⁾. Hanc ob causam

1) Cf. tom. I. p. 6 sqq., ubi exposui quomodo se habeat hujus disquisitionis argumentum. Temporis angustiae erant causa, qua duximus sum.

2) Cf. similia tom. I. p. 11. Idem quod medo in universum dixi.

regulas communicare nequeo, secundum quas in dijudicando scripturae alicujus idiomate versari debemus: persuasum enim est mihi, ubique pro re nata agendum esse, et quod regulac nomine insigniretur non jure meritoque illo titulo ornari. Haec non mirabitur, quiunque sibi in mentem revocaverit difficultates modo tactas, quibus impeditur criticus dijndicauis scripturae alicujus textum. —

In disquirendo idiomate linguae Paulinae probe semper tenui, rem nullius momenti esse ducendam tali disquisitioni, utrum v. c. vocabulum quoddam vel dicendi formula praeter ὅμοι. Paulina etiam occurreret in ἀντί. vel in Actorum orationibus PAULO tributis, nec ne. Hanc ob causam scripturae S. locis in parte lexicali et in grammaticalii allatis neque ex Actorum orationibus illis neque ex ἀντί. loci quidam additi sunt¹⁾. Patet

mus, maxime quoque valere de ἄπεις λεγομένοις q. d., ipsa res docet. Luce autem clarius fit, hic igitur etiam eadem apud hos probare authentiam, apud illos improbare, si hujusmodi rerum testimonia inter se comparantur: hunc afferre ἄπεις λεγόμενα nonnisi ut ostendat auctorem eujusdam scripturae non instar servi secutum esse aliam scripturam, de falsario ideo sermonem esse non posse, — illum nonnisi ut indicet scripturae alicujus dicendi rationem tantum dissonare a nota scriptoris dictione, ut uni eidemque non tribuatur necesse sit. Quod postremum quoque WETTILUM contra nostram epistolam suscepisse comagis mirum est, quia idem defendens contra MAYERHOFFIUM epistola ad Col. authentiam ita replicat (ad Col. Einleitung): „der Beweis aus.... ἄπεις λεγομένοις ist sehr unsicher.” — Operae pretium est infra (ad Eph. 1 : 11 sq.) conferre, quomodo hac de re exposuit W. C. VAN MANEN in specimine theologico.

1) Afferuntur igitur nonnisi ex epist. ad Rom., 1 et 2 ad Cor., ad Gal. Quare non plures epistolas Paulinas dictas retulerimus ad ὅμοι.? supra (tom. I. p. 6: in nota) jam tactum est; videlicet propterea quod contra omnium caeterarum authentiam allata sunt a BAURO, SCHWEGLERO, aliis argumenta alicujus saltem ponderis: contra aliam levioris, contra

omnibus, aliter agi hac in re non potuisse. Ubi tamen inquirerem de epistolae ad Eph. idiomate, utrum PAULO tribuendum esset nec ne, rerum habitus prorsus mutatus est; vel, ut dicam quod sentiam, quamvis in illo studio negotium nullius momenti esset ducendum et sane nec *pro* hac illave sententia nec *contra* testaretur, in hocce non idem obtainere mihi visum est. Nam si quid occurrit in ἀντιᾳ. vel Act. orationibus, per se inde nihil effici potest; si tamen idem etiam in δρυλ. occurrit, argumentum plus minusve adstringitur. Quod quum luce clarus sit exempla nulla afferam¹⁾. Ne tamen miscrem res inter se diversas, praemissis locis ex δρυλ. citatis, inclusos uncinis addidi in appendice quos ex ἀντιᾳ. et orationibus Paulinis laudavi.

Sponte nunc inde appetet, me non substitisse in conferenda epist. ad Eph. cum δρυλ. Paulinis, sed ubi sieri posset etiam cum ἀντιᾳ. contulisse. Qua in re semper

aliam gravioris momenti. Cacterum, ut hoc obiter dicam, non opera*e* pretium erat rationem habere in hoc appendice BAURI et SCHWEGLERI ententiarum de hujus epistolae quibusdam placitis, Gnosticorum et Montanistarum ab iis dictis; hi scilicet spectant doctrinae indolem, minus autem linguae idioma (: eff. BAURI opus cui titulus est PAULUS, SCHWEGLERI Nachapostolisches Zeitalter, alia). Accedit pleraque verba quae in censem venire possent per se jam esse tractata in hac disquisitione, nulla quidem ratione horum placitorum habita. Praeterea probe tenendum est, inter vocabula quae eo nomine scrupulum injecerunt quoque talia esse, quae prope inspecta nullam crearent difficultatem, utpote eadem significatione in δρυλ. Paulinis obvia.

¹⁾ Lector exemplorum cupidus plura invenire potest in dissertationibus theologicis, quarum priorem nuper protulit VAN WIJK (Onderzoek naar de echtheid van den brief van PAULUS aan de gemeente te Philippi), alteram VAN MANEN (Onderzoek naar de echtheid van PAULUS' eersten brief aan de Thess.), quibus annumerandum est hujus opusculum alterum (Onderzoek naar de echtheid van PAULUS tweeden brief aan de Thess.).

pro re nata egi. Saepius igitur *ἀντία*. addidi. Nam in *ἐρωτ.* erant v. c. plura pro rata parte minoris momenti, quae, quum occurrerent etiam in aliis *ἀντία*. quam in epist. ad Eph. vel in Actorum orationibus, igitur eo magis essent notanda, hoc loco silentio praeterire non possem. Quod si non constituisse, si substituisse in *ἐρωτ.*, hujusmodi titulo appendix ornari debuisset: Disquisitio de epistolae ad Eph. lingua, utrum *ἐρωτ.* Paulinorum auctori tribuenda sit, nec ne. —

Passim in appendice lector incidet in argumentum quoddam, non obvium in criterio praemissso. Hujus rei duplex est causa. Alia: quod, quamvis neque inficias ire volo me non semper negligentiae culpa liberari posse, haud raro in norma laudata quaedam utpote supervacua sunt omissa¹⁾; quo factum est ut disquirens de epistolae ad Eph. lingua nonnunquam inciderem in materiam, in criterio componendo non tractatam; qualis materiae usus nihilominus scrupulum mihi non injecit. Alia autem causa, eaque longe gravior, haec est: in tractanda appendice haud raro argumentum inveni ita comparatum, ut in criterio occurserit non posset. Ubi scilicet vocabulum v. c. vel dicendi formula esset obvia, in *ἐρωτ.* Paulinis non usurpata. Talia quam minime erant omittenda, et nihilo secius in norma praenissa de iis non agendum

1) Spectatur imprimis pars lexicalis; in parte grammaticalii, utpote plerumque majoris ponderis, tantum non nihil supervacaneum erat dicendum. Nonnulla tamen, satis levis momenti, et in parte gramm. et in appendice sunt omissa, v. c. compositiones verborum cum praepositionibus *πρό*, *οὐν*, *ιντό*. Neque satis gravia visa sunt, *διό*, alia in parte lex. non tractata, quae una in appendice praeterita sunt. Nam quo tenebamus si praeter omnia revera Paulina dicenda, suo quaeque loco allata, computare voluissem etiam caetera plus minus ve illo titulo ornanda?

erat. Qualia igitur *πατέρες εξοχήν* pertinent ad ea, quae memorato nomine sunt tractata¹⁾. —

Antea²⁾ jam diximus scientiam, utrum alicujus *ἀντιλεγομένου* idioma PAULO tribuendum sit nec ne, acquiri posse, si quidem minus quaeritur de hoc illove vocabulo, num usurpatum sit, quam quomodo sit adhibitum. Persuasum habens: ubi rerum testimonia ad-sunt, quid opus est verbis? nunc unice addo: confe-rantur quod ad hujus scientiae acquirendae rationem attinet VAN WIJK et VAN MANEN, quippe qui i. a. jam multa praecolla attulerunt³⁾. Quo nomine neque silentio praetereundi sunt HARTING et NIERMEYER⁴⁾. Caeterum spectatae scientiae, acquirendae tali ratione, quae haud inepte comparari potest cum ea cui nomen est a theologis Tübingeribus dictis⁵⁾, haud parvum est pretium.

Quae postrema sententia me compellit nonnulla in medium asferre de specimine theologicō quod nuper A. B. VAN DER VIES in publicum prodidit. Quamvis enim hicce, quum ll. planc non agat de linguae Paulinae idiomate, imo opponat se subinde talis idiomatis usui *στοχωγίζω*⁶⁾, in eum errorem ducere posset nul-lius momenti esse hujusmodi consilio talis idiomatis disquisitionem, — investigatione profundius hausta longe

1) Huc quoque pertinere *ἄρας λεγόμενα* in promptu est omnibus; de quibus cf. supra p. 93: 2).

2) Vid. tom. I. p. 11. Cf. supra p. 93.

3) Cff. opuscula supra laudata.

4) HARTING. Over den brief aan de Efaziërs. NIERMEYER. Ib. (*πατέρες εξοχήν* p. 466 sqq.).

5) Mihi autem, uti supra (tom. I. p. 2) dixi, eam monstravit LIEBEEKÜHN.

6) A. B. VAN DER VIES. De beide brieven aan de Thessalonijcensēn. p. 11 sqq., alibi.

alia docemur. Nam probat laudatus ille tantum hujus rei abusum, vel saltem usum minus rectum, esse improbandum, non usum quemcunque per se. Non satis perspexisse mihi videtur, omnia pendere a modo quo vocabulum quoddam, *διολογουμένος* proprium, etiam in ἀντιλ. adhiberetur; igitur minus quaerendum esse: num usus est PAULUS hoc illove vocabulo, quam quomodo usus est? Evidenter vero puto ejus interrogatione de PAULI apostoli imagine ¹⁾ non satis accurate responderi posse, nisi linguae idiomatis ratione habita ²⁾). Quod autem ad scrupulum attinet de vero normae criterio ³⁾, hunc levioris esse momenti, ne dicam tantum dicis causa allatum, jam sponte apparet ex introitus quem praemittit parte posteriore ⁴⁾. —

Libenter addo, magnopere mihi profuisse in elaboranda appendice et aliorum virorum doctorum opera ⁵⁾,

1) Ll. p. 27: "Welk beeld hebben wij ons nu van den Apostel PAULUS te vormen?"

2) Libenter igitur album calculum adjicio huic sententiae: "dat b.v. op dit standpunt, alle overeenkomst in taal, stijl en uitdrukking met de hoofdbrieven, voor zoover zij niet de sporen draagt van opzettelijke nabootsing te zijn, vóór de echtheid getuigt, evenzeer als zij een krachtig bewijs daartegen is, zoo" etc. (VAN MANEN. De echtheid van PAULUS' eersten brief aan de Thess. Godg. Bijdr. 1866. p. 165); — nec non huic effato: "het beeld van den Apostel vertoont zich alleen daar volledig, waar, behalve zijn karakter en zijne leeswijze, ook zijn stijl en zijn spraakgebruik duidelijk te voorschijn treden" (VAN WIJK. ll. p. 98).

3) Ll. p. 11: Welke zal de maatstaf zijn, waarmede wij 't echt Paulinische zullen meten."

4) Ll. p. 25: "gēne andere brieven als tootsteen voor de echtheid der Thess. gebruiken dan de vier hoofdbrieven van PAULUS: Romeinen, 1 en 2 Corinthen en Galaten."

5) Non ultimo loco quae scripserunt WILKE, DE WETTE, HARLESS, alii. De hocce autem, quamvis non faciam cum WETTIO (Exeget. Handb. II: 4: Vorwort: "HARLESS, den sein Glaube an das Schriftwort zu einem Missgriffe nach dem andern verleitet"), neque vero praedica-

et disputationes quas protulerunt de epistolac ad Eph. authentia NIERMEYER, HARTING et RINCK. Ne de secundo repetam quae antea jam attuli, de primi opere non possum non dicere, hoc mihi visum esse haud uno nomine laudandum, imo quantum fieri potest omnibus numeris absolutum ¹⁾, ideo ipsum optimum testimonium sui symboli: „Hominibus inest, secundum naturam humanam, verum investigare, quod ad studium cognitionis et scientiae trahit et inquirendi infundit cupiditatem” (AMBROSIUS).

rem quae ELLICOTT (ll. p. XIII) habet, quippe qui ejus commentarium hoc titulo ornat: „one of the best, if not the very best commentary that has ever yet appeared on any single portion of Holy Scripture.”

1) De quo mutatis mutandis libenter utor verbis quae de MEYERO vere affert ELLICOTT (ll. p. XIV): „the accurate, perspicuous, and learned commentary of Dr. MEYER has been most carefully consulted throughout, and I must..... avow my great obligations to the acumen and scholarship of the learned editor.”

LOCA SELECTA.

CAPUT I : 1—14.

1 Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ τοῖς ἀγίοις τοῖς οὖσιν [ἐν Ἐφέσῳ] καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.
2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ὑμῶν καὶ κυρίου
Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ὑμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, 4 καθὼς ἐξελέξατο ὑμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ὑμᾶς ἀγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιου αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ 5 προορίσας ὑμᾶς εἰς σιοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, 6 εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἐχαρίτωσεν ὑμᾶς ἐν τῷ ἡγαπημένῳ, 7 ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἀφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸ πλάντος τῆς χάριτος αὐτοῦ, 8 ἦς ἐπερίσσευσεν εἰς ὑμᾶς ἐν πάσῃ τοφίᾳ καὶ Φρονήσει Θ γνωρίσας ὑμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ ἢν

προέθετο ἐν αὐτῷ 10 εἰς οἰκουμενίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀγαπεφαλακιάσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν αὐτῷ, 11 ἐν φυλήσαι ἐκληρόθυμεν προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, 12 εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ· 13 ἐν φυλήσαι ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀλεθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν φυλήσαι πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἀγίῳ, 14 δε ἐστιν ἀρρεβών τῆς κληρονομίας ἡμῶν εἰς ἀπολύτωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

V. 1. Initium mihi sumendum est a memoranda dicendi formula ex qua quidem adhibita non multum probari potest, quae tamen quam minime ita est comparata ut perhibere liceat: eam minus esse Paulinam sponte apparent. Specto vocabula ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ex modo quo usurpata sunt pro vel contra epistolae authentiam argumentum proprie sic dictum duci non potest: ratio qua construuntur hic levioris est momenti. Contra ipsa formula quam maxime est Paulina; quod ut liqueat non tantum provocare possum ad ea quae tom. I (in voce ἐν) de ipsa disserui, sed addere possum quae notus quidam criticus¹⁾, rem acutangendi non insuetus, de ea in medium attulit. Quod autem ad modum attinet quo construuntur haec vocabula: quamvis haud dubie fieri potuit ut quoque falsarius eo uteretur, tamen non facile illum ipsum usurpasset. Adjectivo enim πιστός, ubi in ὅμολογουμένοις voculam ἐν post se habet²⁾, non

1) MAYERHOFF. Der Brief an die Colosser. p. 8: „Der Apostel schreibt ohne Ausnahme ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, nie ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ“.

2) 1 Cor. 4 : 17 : τέκνον μεστὸν ἐν κυρίῳ. — Caeterum mitto quaestionem, utrum ἐν Χριστῷ referendum sit tantum ad πιστός, an

additur uti hoc loco (*ἐν*) Χριστῷ Ἰησοῦ, sed quemadmodum etiam Eph. 6 : 21¹⁾ adjungitur (*ἐν*) κυρίῳ; si quis igitur PAULUM imitari voluisse, probabiliter altera formula usus esset, non facile priori illa *ἐν* Χριστῷ Ἰησοῦ.

V. 2. Alia valent de voto illo ex quo constat hic versus: ex ratione qua scriptor adhibet haec vocabula nihil efficere licet. Ipsa autem formula adeo est Paulina ut (silentio praeteritis ἀντιλ.) in unoquoque διολογουμένῳ Paulino obvia sit et quidem in plurimis eadem prorsus serie atque hoc loco. Auctor igiter non usus est mutato illo ordine qui tantum cernitur Gal. 1 : 3, ubi scilicet genitus ἡμῶν additur substantivo κυρίῳ, non autem praecedenti πατρός. Quae totius versus similitudo saltem alicujus est momenti: sine dubio ita falsarius sequi potuit Paulinam dicendi rationem; alias autem scriptor non haberet ex omni parte eadem atque PAULUS. Ergo praedicare licet: PAULUS fuerit auctor, si fieri non potuit ut falsarius esset; quod ad hunc versum attinet tertius non datur.

V. 3—14. Antequam de singulis hisce versibus sermo sit, nonnulla mihi in medium afferenda sunt spectantia cunctos hos versus collectim. Videlicet DE WETTE²⁾, non praetereundus silentio ubi disquiritur de epistolae ad Eph. lingua, utrum PAULO tribuenda sit nec ne, totam hanc pericopen, Deo laudibus agendis inservientem, tanquam exordium PAULO insolitum carpit. HARTING³⁾

etiam ad ἄγνοις? Cff. i. a. ELLICOTT et HARLESS ad h. l., quorum hic priorem ille alteram tueretur sententiam.

1) Ubi legitur: πιστὸς διάκονος ἐν κυρίῳ.

2) Ad Eph. Einleitung.

3) In opere jam citato: Over den brief aan de Efeziërs. p. 257 sq.
Ibi i. a. haec sunt ipsius verba: "Wat hem tot dit laatste (genoemde algemeene dankzegging) noopte, had veelmeer in geheel iets anders zijn grond, — in het door hem gekozen gezichtspunt namelijk, ten

autem et NIERMEYER¹⁾, in contrariam partem disputantes, merito conferri jubent 2 Cor. 1 : 3 sq., utpote locum similes laudes exhibentem; item vere RINCK²⁾ obseruat: „sed alia sublimi alia familiari generi literarum conveniunt, et sicut PAULUS epistolam ad Ephesios praeconio incepit, ita simili priorem partem epistolae ad Rom. 11, 33 sqq. finivit.” — Eodem nomine, spectans scilicet etiam cunctos hos versus, in censum venit WILKII³⁾ scrupulus, qui tanquam rara in idiomate Paulino, et ipsam hanc pericopen et v. 15, 2 : 1—7, 19—22, 3 : 1—7, 4 : 8—13 improbat, quippe quibus locis auctor utitur longa serie orationis pendentis. Qualem vero scrupulum ad temere factos pertinere, quam minime ad veros, sponte appareat, dummodo provocemus ad ὅμολογούμενα Paulina⁴⁾, ubi eadem ratione *oratio pendens* obvia est v. c. Rom. 1 : 1 sqq., 1 Cor. 2 : 6—16; quam viam init NIERMEYER (ll.), qui praeterea jure miratur quod WILKE haec afferat, quippe qui alio loco suis ipsius verbis⁵⁾ nequaquam talem ora-

gevolge waarvan hij niet met den bijzonderen toestand zijner lezers aanving, maar de weldaad der Christelijke verlossing beschreef, zooals zij zich aan hem vertoonde in hare geheele uitgestrektheid en grootste algemeenheid, om vervolgens het uit dit oogpunt gezegde op de Efesiësche Christenen toe te passen.”

1) Cf. item jam citatum: Over den brief aan de Efesiërs (p. 431), ubi haec exstant i. a.: „De Apostel houdt dezelve (de dankzegging) daar (2 Cor.) niet zoolang vol als hier, beide was echter natuurlijk.”

2) G. F. RINCK. Disputatio de epistola PAULI ad Ephesios. p. 65 sq.

3) Cf. etiam supra laudatum Die Hermoneutik des N. T. (tom. I. p. 261).

4) Ex ἀπολεγόμενοις non praetereundum est Phil. 3 : 7—15.

5) Ll. p. 274: „die Paulinischen (Briefe legen) vor allen andern eine Rede dar, deren Erzeugung mit dem Moment der Meditation zusammenfiel Von PAULUS haben wir schon angemerkt, er warf seine Ideen und Empfindungen aufs Schreibmaterial hin, wie sie sich in ihm entwickelten, und licsz sie so liegen, wie er sie hingeworfen hatte.”

tionem improbat apud PAULUM. Caeterum autem utriusque quaestio[n]is tractatio, et WETTII et WIJKI, satis favet sententiae, hujus epistolae linguam PAULO esse tribuendam: haud facile enim falsarius spectatam dicendi rationem adhiberet, utpote apud PAULUM non valde frequenter; et tamen eadem ita se habet, quemadmodum cornitur ex praecedentibus, ut non necesse sit abjudicemus eam idiomati Paulino.

V. 3. Varia observanda sunt ubi de hujus pericopes versibus seorsum agitur. Idque imprimis valet de tertio hocce versu. Satis paucis tamen absolvere possum observationem quae primo in censem venit, scilicet de articulum habente participio ($\delta\ \varepsilon\bar{\nu}\lambda\sigma\gamma\bar{\eta}\sigma\alpha\epsilon$) nomini ($\delta\ \Theta\bar{\epsilon}\bar{\sigma}\epsilon$) addito; nam quamvis WILKE haec similiaque (Eph. 2 : 2, 3 : 2, 7 : 9, 4 : 22, 24) abjudicat a Paulina dicendi ratione, re prope inspecta longe alia docemur, imo adducimur in NIERMEYERI sententiam, hunc scrupulm plane nullius esse momenti ¹⁾. Rebus ita comparatis in utramque partem disputari potest.

Haud parum disserendi copiae nobis cupientibus praeberet tractati vocabuli cum sequentibus constructio: $\delta\ \varepsilon\bar{\nu}\lambda\sigma\gamma\bar{\eta}\sigma\alpha\epsilon\ \bar{\eta}\mu\bar{\alpha}\epsilon\ \dot{\epsilon}\bar{n}\ \pi\bar{\alpha}\sigma\bar{\eta}\ \varepsilon\bar{\nu}\lambda\sigma\gamma\bar{\eta}\ \pi\bar{\nu}\varepsilon\mu\bar{\alpha}\tau\bar{\iota}\bar{k}\bar{\eta}\ \dot{\epsilon}\bar{n}\ \tau\bar{o}\bar{\iota}\bar{c}\ \dot{\epsilon}\pi\bar{\nu}\varepsilon\bar{\rho}\bar{\alpha}\bar{\nu}\bar{\iota}\bar{c}\ \dot{\epsilon}\bar{u}\ \bar{\chi}\bar{\rho}\bar{\iota}\bar{s}\bar{\tau}\bar{\bar{\omega}}$, ubi scilicet occurrit *verbum cum nomine conjugato*. Quam constreundi rationem WILKIO indicium visam hujus epistolae idioma non esse Paulinum, ipsissimam NIERMEYER argumentum habet ejus authentiae ²⁾.

1) Ll. p. 448. Ipsissima verba haec sunt: „Zonderlinge aanmerkingen! Wat vreemds heeft dit dan, vooral bij PAULUS? men zie Rom. 1 : 3, 4, 5 : 5, 1 Cor, 2 : 7, 3 : 10, 12 : 6, 15 : 37, 2 Cor. 2 : 14 doch — waarom de optelling nog voort te zetten, daar deze bedenking geen het minste gewigt bezit?”

2) WILKE *improbans* dicit (Ll. p. 261): „Die *verba* werden mit den *nominibus conjugatis* struirt”. (Eine Construction mit einer Einförmigkeit der Manier, wie man sie an den übrigen Paulinischen Briefen nicht

Priusquam vero hujus rei quaestio habetur, de praepositione *ἐν* conferantur velim tom. I in voce et tom. II, p. 35, unde scilicet cernitur, hujus praepositionis usum apud PAULUM quam maxime varium esse et frequentem, non temere igitur album calculum esse adjiciendum, si quis forte neget¹⁾ hunc usum in hac epistola talem

bemerkt.) — NIERMEYER probans haec habet (Il. p. 424): «Opmerkelijk is het ook, dat in onzen brief meermalen een werkwoord en zelfstandig naamwoord gebruikt worden van denzelfden stam Het teekent geheel den schrijfrant van den Apostel, die alzoo zijn denkbeeld wil versterken.”

1) Quemadmodum antea de WETTE, qui tamen postea mutavit sententiam. Priorem WETTII sententiam adhuc tuetur WILKE, hisce carpens (Il. p. 260) nostram epistolam: «Fast beständig werden die *verba* mit der Präposition *ἐν* und ihrem Casus construirt (citantur Eph. 1 : 3, 4, 6, 8, 9, 17, 18, 2 : 3 etc. Quo jure haec omnia? vel quare non adduntur 1 : 7, 10, 11 etc?) und zwar steht dieses *ἐν* oft in einem und demselben Satze in verschiedener Beziehung. — Man zeige uns einen der Paulinischen Briefe, wo *ἐν*, *ἐν*, *ἐν* so nach einander forttonete! oder die Formel: *ἐν Χριστῷ* so oft vor-käme” (laudantur Eph. 1 : 4, 7, 10, 11, 13, 2 : 10 etc.). — NIERMEYER autem, qui probe rem tractavit atque acu tetigit, i. a. apponit (Il. p. 455 sq.): «Het blijkt..... dat dit woord in sommige gedeelten van PAULUS’ brieven zeer veelvuldig in een kort bestek herhaald wordt, in andere op een ruim veld schaars voorkomt Daarom is het onkritisch, als WILKE zegt: men wijze ons eenen brief enz. Men moet niet de *brieven* zelve, maar de in *stof* enz. met elkander overeenkomende vergelijken Waar wij verheffing in den stijl des Apostels aantreffen, daar wordt gewoonlijk *ἐν* meer dan elders gebezigt. Zoo ligt deze overvloed dan in het karakter van onzen brief. En wat wonder, dat PAULUS voor eene pas gevormde Gemeente van Heiden-Christenen het *ἐν Χριστῷ* gedurig herhaalt? Wat kon hem meer op het hart liggen, dan..... Zoo is het dan integendeel een merkwaardig bewijs voor de echtheid, wat hier aan WILKE kwaad vermoeeden heeft gebaard.” Quibus deinde additur aequa firma refutatio laudatorum verborum, quae WILKE objecrat: «und zwar steht diesis *ἐν* oft” etc.

esse, quae ad Paulinum quadrare dici possit. Quod autem attinet ad memoratam constructionem (verbi cum nomine conjugato), re prope inspecta ejus usus hoc loco et alibi in hac epistola (1 : 6, 19 sq., 21, 23, 2 : 4, 3 : 9, 4 : 1, 4) tantum affirmare potest sententiam, linguae idioma revera PAULO esse tribuendum. Nam luce clarius fit exemplis in ὅμοι. Paulinis obviis (in sola priore ad Cor. epist. e. g. 7 : 20, 9 : 7, 18, 11 : 2, 12 : 6, 15 : 1), talem constructionem nequaquam PAULO insolitam fuisse, itaque WILKUM immerito hujus usum tanquam ipsi alienum carpsisse, contra NIERMEYERUM jure meritoque eum illo proprium dixisse. Sed ut optimo jure hanc dictionem ipsi PAULO tribuamus, non tantum necesse est ea habeat colorem Paulinum, sed etiam comparata sit ita ut appareat falsarium eum non finxisse. Idque hoc loco cernitur, nam quaestio habetur de re quae non ad lexicon sed ad grammaticam pertinet, et supra ¹⁾ jam vidimus: falsarium facile sane imitari scriptoris alicujus λέξεις, minus vero ejusdem rationem grammaticam.

Tractatum *nomen conjugatum* (*εὐλογία*) et circumjecta adiectiva πάτη atque πηευματική propius adhuc inspici debent. De ipso nomine *εὐλογία* observandum est, hoc vocabulum absque ulla causa WETTIO scrupulum injecisse; recte enim RINCK ²⁾ de ejus usu apud PAULUM dicit, afferens 2 Cor. 9 : 5, Gal. 3 : 19: „Εὐλογία non solum valet benedictio, sed etiam beneficium, quod in aliquem confertur.” Quibus locis quum alii ³⁾ etiam

1) Cf. tom. I. p. 7.

2) Ll. p. 81.

3) Cff. HARTING (ll. p. 276 sq.), NIERMEYER (ll. p. 486 sq.). Hisce dictis alter subsistit hoc loco: „Maar alle bezwaar wordt daardoor opgeheven, dat PAULUS blijkbaar *opzettelijk* dit woord gebezigt heeft.

alios addant, tantum non praedicari potest hanc vocem probare judicium, epistolae idioma esse Paulinum. — Idem circiter valet de priore quod de altero memorato adjectivo: non ejus *usus ipse*, sed *usus ratio* in censum vevit. Videlicet utrumque adjectivum non tantum invenitur in scriptis Paulinis, verum etiam extra; sed adjectivum *πᾶς*, omissa articulo significatione *quam plurimus*, *quam maximus*, haud rarum apud PAULUM¹⁾, etiam in hac epistola saepius exstat: praeter hunc locum item 1 : 8, 4 : 2, 6 : 15, — et *πνευματικός*, in Novo T. tantum non unice apud PAULUM obvium²⁾, hoc loco non cum iisdem vocabulis conjungitur atque in *ἐμοί*. (quemadmodum facile construxisset falsarius), sensus vero ratione habita in ea quadrat ex omnibus partibus praeter hunc locum item: 5 : 19 (, 6 : 12). Qualis rei momentum haud leve esse aliquis ultro fatebitur, si quidem ei persuasum est, minus quaerendum esse de hoc illove vocabulo usurpatum sit, quam quomodo est adhibitum³⁾.

Etiannum nonnulla monenda sunt, eaque varii generis de formula *ἐν τοῖς ἐπευρανίοις*. De ratione qua conjungitur cum praecedentibus observandum est, articulum omissum esse, quemadmodum saepius omititur in epist. ad Eph. (1 : 15, 2 : 7, 11, 15, 3 : 1, 4, 13, 4 : 1 etc.): inter bina nomina, quorum

Hij gebruikt *εὐλογία* wegens het voorafgaande *εὐλογητός* en *εὐλογήσας*, over welke Paulinische schrijfwijze wij vroeger het noodige hebben gezegd". — Cf. etiam (supra) tom. I in voce.

1) HARTING, conferre jubens THOLÜCKIUM (De redevoering van den Ap. PAULUS in de Handd. der App. vergeleken met zijne brieven. Bijdragen van Buitenh. Godgl. 1 Jaarg. I: p. 231 sq.), haec habet (ll. p. 58): "Niet het gebruik, maar het veelvuldig, soms overtollig gebruik dier spreekwijs was, naar het schijnt, aan PAULUS bijzonder eigen."

2) Cf. tom. I in voce.

3) Cf. tom. I. p. 7.

unum cum praepositione alteri subest. DE WETTE hanc ob causam notam inurit huic epistolae; quod tamen immerito fieri apparet ex iis quae antea ¹⁾ de tali construendi ratione ²⁾ monuimus. Imo longe alia ibi docemur, videlicet hunc usum in Novo. T. idiotismum Paulinorum ὄμοι. et ἀντικ. esse dicendum, cuius exempla epistolae ad Rom. unice ratione habita afferri possunt: 6 : 4, 9 : 3, 15 : 17, 16 : 3, 8, 9, 10, 13. Quae quum ita sunt, eadem haec constructio — in dijudicanda idiomatis authentia argumentum eo gravius, quia spectat rationem grammaticam ³⁾ — talis est, qua adducimur in sententiam, hujus epistolae linguam ipsi PAULO esse tribuendam. Caeterum quod attinet ad WILKII observationem de appositione, in hujusmodi formulis (Eph. 1 : 3, 7, 23, 2 : 2, 13, 15, 4 : 12, 13, 6 : 12) conspicua ⁴⁾: ejus scrupuli parvum esse momentum luculentur docuit NIERMEYER; ⁵⁾ qui simul probavit,

1) Supra p. 7. sq.

2) De qua constructione agens II. (supra p. 7) etiam attuli WINERI verba, hisce NIERMEYERI (II. p. 464) haud dissimilia: „Het (verschijnsel) vloeit uit het eigenaardige karakter des briefs voort. De rede houdt hier een minder gematigden gang. De zorgvuldige tusschenvoeging des lidwoords past voor eene deftige redevoering, voor een *geposeerden* stijl; maar in de taal van het dagelijksch leven en dus ook in den briefstijl, vooral wanneer de pen, als het ware, de denkbeelden niet volgen kan gelijk hier, moet het wel dikwijls ontbreken”. — Vere etiam RINCK affert (II. p. 70): „Abesse solet articulus, si appositum cum antecedente nomine tam arcte conjunctum est, ut illud ab hoc regi appareat.”

3) Cf. supra p. penultima.

4) LI. p. 261 dicit, nonnulla tanquam PAULO insolita improbans in epist. ad Eph.: „Häufig sind Appositionsähnliche Bestimmungssätze, die zu demselben *verbum* gehören, wie das durch sie näher Bestimmte.”

5) LI. p. 447 sq.; i. a. ibi audit: „dat wij waarlijk bij den Apostel niet angstvallig behoeven te zoeken om dergelijke vormen te vinden; wij wijzen” (b. v. op Rom. I : 3, 4, VII: 23, XVI: 9) etc.

talem scrupulum saltem ab hoc versu hand dubie esse alienum. — Formulae nomen (*ἐπουρανίος*) DE WETTE aliud vocabulum habet, quam quo PAULUS usus esset. Et profecto primo aspectui satis mirum est, auctorem pro hac voce non usurpasse vulgarem illam *οἱ οὐρανοί*; quamvis enim non prorsus idem significat, τὰ ἐπουράνια item locum quendam sibi velle videtur¹⁾. Non autem miramur, re prope inspecta: videlicet allatum coelorum nomen neque hic neque deinde in hac epistola (1 : 20, 2 : 6, 3 : 10, 6 : 12) omnino quadrat ad significationem alias ejus *οἱ οὐρανοί*). Quemadmodum inde jam effici potest, nominis quod scriptor passim (1 : 10, 3 : 15, 4 : 10, 6 : 9) ipsum hoc nomen adhibuit, ubi caeteroquin facile etiam τὰ ἐπουράνια posuisset; non vero fecerit quia distinguere vellet aliud ab alio, scilicet ita ut *οἱ οὐρανοί* magis *Φυσικόν*, contra τὰ ἐπουράνια magis *πνευματικόν* indicaret coelem²⁾. Neque desiderantur in δραλ. Paulinis loci, ubi simili ratione vocabulo *ἐπουράνιος* opponitur aliud vocabulum: 1 Cor. 15 : 40: *ἐπίγειος*, 48, 49: *χωρίς*.

V. 4. Haud parum disserendi copiae praebuit versus praecedens; de hocce vero breviter tantum est expo-

1) Cf. ad h. l. MEYER, DE WETTE, HARLESS, ELЛИCOTT, alii. Caeterum vere MEYER ad h. l. observat: „doch bleibt es befremdend, dass nicht auch in dem gleichzeitig geschriebenen Kolosserbriefe, wo die Gelegenheit dazu keineswegs fehlte (1: 15, 16, 20), der Ausdruck ἐν τοῖς ἐπουρανοῖς gebraucht ist, obgleich beide Briefe so viel wörtliche Verwandschaft haben.”

2) Explicationem monstravit mihi HARTING. II. p. 269. Neque silentio praetereunda sunt haec verba NIERMEYERI (II. p. 475), tribuentis vocabulum memoratum Gnosticorum dieendi rationi: „dat het woord reeds vóór den tijd, waarin het Gnosticisme als ontwikkeld stelsel te voorschijn treedt, in dien kring van denkbeelden te huis behoorde, welke PAULUS vooral in dezen brief bezig hield”. Nititur hocce effato IGNATII (Epist. ad Smyrn. c. 6): *καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων καὶ οἱ ἀρχούτες δρατοί τε καὶ ἀδρατοί κτλ.*

nendum. Quod autem ibi nonnisi passim fieri potuit, ipsi illi rationi hic pauloque post ordinatim ansa data est: ut nempe adhibeamus comparatum nostrum criterium. Ita i. a. quae de verbis *ἐν αὐτῷ* (*Χριστῷ*) laudare possemus ex versu superiori etiam hoc est: cf. tom. I. in voce *ἐν*. Deinde de hisce: *κατενάπιον αὐτοῦ*¹⁾ (*τοῦ Θεοῦ*), conferri potest ib. in voce *κατενάπιον*; unde discimus formulam *κατενάπιον τοῦ Θεοῦ* in Novo T. unice apud PAULUM inveniri, itaque usum horum verborum saltem dignum esse qui observetur. Majoris autem momenti est, non vero ipse supra tractatus²⁾, usus junctionis *ἄγιοι καὶ ἀμαρτίαι*. Aliquatenus enim in Novo T. idiotismus Paulinus est dicendus, si verba conjunguntur plus minusve synonyma³⁾. Quod idem in hac epistola haud semel occurrit; praeter hunc locum i. a. 1 : 8: *σοφίᾳ καὶ φρενητικῇ*, 21: *ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ καὶ δύναμις*, 2 : 1: *τὰ παραπτώματα καὶ αἱ ἀμαρτίαι*, 3 : 18: *ἔβριξαμένοι καὶ τεθευτλικαμένοι*, 4 : 24: *δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι*. Cujus idiotismi, iterum upote referendi ad grammati-

1) TISCHENDORF, alii legunt *αὐτοῖς*. HARLESS ad h. l.: „Die Schreibart *κατενάπιον* (das hebr. לִפְנֵי) *αὐτοῦ* st. *αὐτοῦ* halte ich für das allein richtige, da der Gegensatz des *αὐτῷ* die scharfe Rückbeziehung auf das Subject des Vordersatzes nothwendig macht (vgl. WIN. Gr. S. 233).” Caeterum haud inepta ELLICOTT (ad h. l.) scribit: „The distinction however between the proper use of these two forms cannot be rigorously defined; see BUTTM. Mid. Excurs. X. p. 140, and TISCH. Prolegom. p. LVIII.”

2) Nihilominus in § (25) de pleonasio vidimus, ejusmodi usum quam minime PAULO esse abjudicandum: cf. scilicet supra p. 79 *oratio ab omnibus numeris absoluta dicta*.

3) NIERMAYER haec tractans addit (ll. p. 421): „waarbij wij tevens denken aan de gewoonte van PAULUS om onwillekeurig twee woorden te gebruiken, waar een ander schrijver zich ligt met een enkel zou vergenoegen”. — Caetorum hoc non immerito plus minusve Paulinum esse dictum, quodammodo etiam conspicuum est apud WINERUM. p. 533.

cam, nequaquam levis ponderis, exempla ex ὁμολ. Paulinis afferri possunt, etiamsi tangitur nonnisi 1 Cor.: λόγος καὶ γνῶσις (1 : 5), νοῦς καὶ γνώμη (1 : 10), νονία καὶ πονηρία (5 : 8), εἰλικρίνεια καὶ ἀληθεία (ib.).

V. 5. Minoris momenti, nihilo secius digna quae obiter tangam, haec sunt vocabula: verbum παροπίζω sequente εἰς et substantivum νοθεσία, utpote in Novo T. praetor δόμοι. Paulina nonnisi hoc loco obvia¹⁾. Majoris momenti observatio est, eaque spectans epistolae omnium fere capitum plures versus, quae agitur de temere fictis, ut uno verbo ita dicam, pleonasmis²⁾. Vario scilicet nomine WILKE³⁾ et DE WETTE⁴⁾ nonnulla hujus generis tanquam PAULO insolita carpunt; quae una omnia spectavi, dicens *pleonasmos temere fictos*. Hisce igitur etiam annumerantur, quae WILKE affert nomina abstracta cum genitivis. Ad ipsa mox redibo, ut primum dicam de

1) Cff. tom. I in vocibus.

2) Brevitatis causa utor hoc titulo. Caeteroquin forte dixisset: „dicendi formulas merito vel immerito aliquatenus *pleonasmos* dicendas.”

3) Ll. p. 260: „abstracte *nomina* mit Genitiven zu breiten pleonastischen Formeln constraint Eph. 1, 6. 10. 11. 18. 19. 2, 5. 6. 15. 3, 2. 7. 11. 4, 3. 4. 13. 14. 17. 6, 10. — Andere pleonastische Formeln Eph. 1, 5. 18. 19. 2, 2. 3. 7. 11. 14. 15. 3, 3. 7. 20. 21. 4, 2. 13. — NIERMAYER (ll. p. 441 sq.) autem non immerito observat, WILKE locis allulis praeter sequentes abrogatis haud paucis: „en evenmin zijn wij scherpiende genoeg, om de, op gezegde wijze gevormde pleonasmen op te merken, II : 15, III : 11, IV : 3, 4, 17, VI : 10.

4) Ad Eph. Einleitung: „Ebenso wenig (wird man bei PAULUS finden) eine Breite wie 3, 18., Worthäufungen, wie 1, 11. 19. 6, 10. 2, 7. 3, 12. 21., überflüssige oder doch nur schmückende Formeln wie 2, 6 s. 21. 3, 21.; 1, 6. 14.; 3, 16”. — HARTING (ll. p. 265) probe ad rem dicit: „Het verwijt, onzen briefschrijver door DE WETTE gedaan blijkt, bij nader inzien der door hem aangehaalde plaatsen *deels* geheel onverdiend, *deels*” etc.

hujus versus formula: *κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ*¹⁾; videlicet facile mihi persuasum esse, auctorem hoc loco, quemadmodum v. 11 in huic simili formula: *κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ*, usum esse imprimis emphasis causa hoc ipsa dicendi ratione²⁾. Quibus statim addere lubet quae RINCK³⁾ de alia quadam formula: Eph. 3 : 18: *τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὑψος*, jure meritoque in medium affert: „verbose nictum videtur DE WETTIO, qui vero sensum male assecutus est..... Multo verbosier est locus 2 Cor. 10, 12—16, verumtamen Paulinus.”

Cacterum vero quod et ad has formulas attinet, et ad alios illos pleonasmos plus minusve spurious: probe tenendum est, talia nequaquam abjudicanda esse idiomati Paulino, imo ibi etiam tam frequentia, ut jure miraremur, si decessent in nostra epistola⁴⁾. Qualis usus ergo, utpote rationem grammaticam non vero λέξεις spectans, quem igitur falsarius quam minime facile

1) Hoc loco HARLESS *αὐτοῦ*, non uti versu praecedente *αὐτοῦ*, legit, quum etiam sumisset (*ἢ ἀπὸ Ιησοῦ Χριστοῦ*) εἰς *αὐτόν* pro εἰς *αὐτόν*.

2) NIERMEYER. II. p. 439: „PAULUS voegt vooral hier woorden bij woorden om zijn denkbeeld krachtig te doen uitkomen..... Maar ook elders doet hij hetzelfde.”

3) II. p. 71. Neque minus operae pretium est conferre NIERMEYERUM (II. p. 437 sq.) de illis verbis. Cum laudato analogiac causa comparato effato Rom. 8 : 38 sq.: *οὔτε θάρατος οὔτε ζωὴ..... οὔτε ὑφωμα οὔτε βάθος οὔτε τις κτιστὸς ἐπέρα συνήστηται φράσεις χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ*, haec addit: „Als hij de woorden βάθος en υψωμα bij zulk een denkbeeld kon bezigen, kan hij er zeker op een' anderen tijd, schoon het eenigzins gewijzigd was, πλάτος en μῆκος wel bijvoegen.”

4) Quod autem ad explicandum magnum eorum numerum in hac epistola attinet, non fringant quae NIERMEYER (II. p. 441) dicit: „doch zulke uitdrukkingen worden bovendien geregtvaardigd door het weidsche in den breeden stijl zich afdrukkende karakter onzes briefs”. Cf. MEYER ad Eph. Einleitung. § 3.

imitaretur, haud parum epistolae linguae authentiam probat. Quae tamen similitudo hanc epistolam inter et δμολ. (atque ἀντιλ.) ut cernatur, non solum provocamus ad ea quae supra ¹⁾ observavimus, sed etiam ad locos sequentes, quibus luce clarius idem conspicuum sit: Rom. 5 : 5 : ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκπέμπεται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν, 8 : 38 sq. : οὕτε θάνατος οὔτε ζωή, οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐνεστῶται οὔτε μέλλοντα..... δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ιτλ., 11 : 33 : βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, 16 : 25 sqq. : τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκίλνψιν μυστηρίου χρέοντος κίνησίος σεστιγμένου, Φανερωθέντος δὲ νῦν ιτλ. (μέντος σοφῷ Θεῷ); iis addenda sunt ex sola altera epist. ad Cor. : 2 : 14, 4 : 17, 57, 5 : 1, 6 : 4—8 (v. 7 κατ' ἔξοχόν), 8 : 2.

Postremo rediens ad nomina illa cum genitivis facile ostendero ea satis frequentia apud PAULUM appellari posse, dummodo laudaverim quae supra ²⁾ exstant: „Obvia maxime est apud PAULUM — hunc ergo auctorem in mentem revocat — conjunctio duorum triumve genitivorum quorum aliis alium regit: Rom. 2 : 4: ἡ τοῦ πλούτου τῆς χριστότητος αὐτοῦ καταφρονεῖς; 11 : 33” etc.

1) Pag. 78 sq.: „Inter..... spurious, ut ita dicam, (pleonasmos) non desunt ejusmodi, qui re ipsa ad linguae Paulinae idioma sunt referendi. Quales temere facti pleonasmi, partim ergo utpote apud PAULUM tantum obvii Paulini dicendi, partim etiam extra Novum T. usurpati” etc.

2) Pag. 15. — Caeterum tales genitivos saltem aliquid probare puto, quamvis vere scribere mihi videtur VAN MANEN (Over de echtheid van 1 Thess. p. 125): „Met Koch in de opeenstapeling der genitivi..... een voortreffelijke getuigenis voor de echtheid des briefs te zien, komt ons bedenkelijk voor.”

V. 6. Ex proxime dictis sponte appareat, immerito WILKUM notam inusisse formulae, in hoc versu obviae: *εἰς ἐπαγού δέξης τῆς χάριτος αὐτοῦ*, quae scilicet, utpote referenda ad nomina illa abstracta cum genitivis, PAULO esset insolita. Idem valere de scrupulo WETTII eadem vocabula tanquam pleonasmum improbantis, ipsa res docet. Contra, haec omnia probare epistolae authentiam linguae ratione habita, modo etiam vidimus. Quae igitur quum satis absoluta sint, haec quidem hactenus! Idem praedicandum esse de constructione illa verbi cum nomine conjugato: *τῆς χάριτος αὐτοῦ*, *ἐν ᾧ ἐχαρίτωσεν*, effici potest ex iis quae ad versum tertium observavimus. Reliquum autem est ut disseram de dicendi quadam ratione, insuper obvia deinde v. 7, 9, 10, 19, nec non 3 : 5, 11, „concatenatione“ uti dicunt. Qualem hujus epistolae dictionem, PAULO abrogatam a WETTIO¹⁾, e contrario si recte accipitur non posse non valde usitatam esse apud PAULUM²⁾, facile intelligimus, uti ex ipsis de colore linguae Paulinae sententiis quas varii tulerunt auctores: WINER³⁾, ALEX. BUTTMANN⁴⁾, v. HENGEL⁵⁾,

1) Probe observat NLERMEYER (ll. p. 432): „duidelijk zijn het opvolgende, in natuurlijk verband zich opdringende denkbeelden, en zulk eene „zaanknooping“ is gewoon bij den Apostel.“

2) HARTING (ll. p. 259 sq.) idem indicans vere haec affert: „PAULUS zoekt zijn onderwerp niet *te bewijzen*, maar zijne lezers *in geestdrift daarvoor te ontvonden*. (zoo)dat de schrijver zijne gedachten daarheen laat vloeien, zoo als zij in hem zijn opgeweld, zonder zich om eene hogere orde of logische eenheid te bekommeren.“

3) LL. p. 500.

4) LL. p. 331: „PAULUS, dem sich in Folge des Gedankenreichthums und Fülle des Herzens die Sätze oft zu ganzen Seiten ausdehnten, so dass“ etc.

5) Verhandeling over den invloed der karakters etc. p. 24: „Zijne ziel was niet van één, maar van vele gedachten te gelijk vervuld, die als pijlen door dezelve heenkruisten. Zij werden bij hem de eenen

WILKE¹⁾, MAYERHOFF²⁾), etiam ex supra (p. 13) scriptis : „Imprimis est Paulinae scribendi methodi, varias inter se conjungere sententias repetito pronomine relativo, etiamsi hoc pronomen attineat ad diversa subjecta.” Rebus ita comparatis, non possum non concludere insignem exstare similitudinem; quae quidem similitudo, quum non lexicon spectet sed grammaticam, ita se habet ut quam minime sit negligenda.

V. 7. Duo monēda praemitti possent — de verbo cum praepositione *ἐν* et de „concatenatione” —, sua utrumque ratione probans hujus epistolae idioma PAULO tribuendum esse; quae vero quum antea (v. 4, 6) jam absolute sint, repeatantur non necesse est. Neque repeatam quae de appositione, conspicua in: *ἐν ὅ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν . . . τὴν ἀφεσιν τῶν παραπτωμάτων*, supra (v. 3) jam diximus. De vocabulo *ἀπολύτρωσις* autem dicendum est, quamvis aliquatenus Paulinum dicendum, nihilominus non tale esse quod in censem veniat, utpote non tantum obvium quoque apud LUCAM, sed etiam prorsus eadem signifi-

onmiddelijk uit de andere geboren, verdrongen elkander, vóór zij geheel gevormd voor zijnen geest stonden en lieten hem geene rust over om aan de inkleeding te denken.”

1) Ll. p. 274: „Wenn er also gleichwohl Sprünge macht, und die Rede schnell abbricht, wie er dies allerdings sehr oft thut, so” etc. Vidd. quoqua supra p. 103 : 5) laudata.

2) Der Brief an die Colosser. p. 28: „Wenn sich beim PAULUS Gedanke auf Gedanke drängt, Einzelnes in der letzten Entwicklung zu anderem Neuen Veranlassung giebt, und dir Rückkehr zu dem Hauptgedanken deshalb häufig sehr entfernt und mit Vernachlässigung der grammatischen Construction geschieht; wenn” etc. Ll. p. 42 sq.: „wir erklärten diese paulinische Form ans einem Drange und einer Fülle der Gedanken. Der Styl des PAULUS ist daher ein verwickelter, schwer zu verfolgender; denn mehrere Nebengedanken folgern sich aus Hauptgedanken, und erst nach ihrer Entwicklung wird der Hauptgedanke wieder aufgenommen und weiter geführt.”

catione atque hic positum Hebr. 9 : 15. Tamen aliquid accessionis est rei: incidimus hoc versu in substantivum *πλαῦτος* cum genitivo objectivo ¹⁾. Quae quidem constructio haud uno nomine est notabilis. Nam accipit *πλαῦτος* sane etiam alibi in Novo T. genitivum, sed objectivum extra δημοσι. Paulina et epist. ad Col. nonnisi hoc loco; accedit quod quae spectatur formula, *πλαῦτος τῆς χάριτος*, non sit repetita quaedam ex iis δημοσι. — qualis quum esset, magis probabile foret fieri potuisse ut aliquis imitatus esset PAULUM —, sed mutato vocabulo eadem constructio ²⁾ atque ibi; praeterea non semel tantum, sed bis saltem occurrit in his litteris: mutato verborum contextu insuper 2 : 7, cui aliquatenus annumerari possunt 1 : 18, 3 : 16, ubi scilicet aequa ac Rom. 9 : 23 *πλαῦτος τῆς δόξης* legitur.

V. 8. Iterum nonnulla varii generis observari possent — *πᾶς* sine articulo = *quam maximus*, verbum cum praepositione *ἐν*, usus synonymorum — suo quaque modo probantia epistolae idioma PAULO esse tribuendum; iterum autem omittenda sunt, utpote supra (v. 3, 4) jam exposita. Minus probans observatio primo adspectui videtur quac de vocabulo *Φρόνησις* esset addenda: hoc scilicet nomen, in δημοσι. Paulinis nusquam adhibitum, in Novo T. nonnisi apud LUCAM cernitur. Re tamen prope inspecta, docemur contra, idem nihilominus aliquid probare. Videlicet praeter hunc sane unus apud LUCAM est locus quo *Φρόνησις* exstat, ibi autem alia est significatio; sensus vero qui plane quadrat ille est, quo verbum *Φρονῶ* saepius in primariis illis epistolis

1) Vid. tom. I in voce.

2) Merito HARTING (Il. p. 60) conferre jubet quod de hac constructione in medium attulit Anglieus PALEY (De waarheid der schriftuurlijke historie van den Ap. PAULUS etc. p. 231 sqq.).

Paulinis¹⁾, sed caeterum in Novi T. nonnisi Act. 28 : 22 ponitur. Quae quum ita sint, hujus vocabuli pondus sponte patet. — Notatione digna, utpote comparata ita ut non fingeretur a falsario, est corundem vocabulorum conjunctio: specto quod in hac epistola eadem verba atque in ὄμολ. Paulinis inter se conjunguntur; quo scilicet nomine hic in censem veniunt πλοῦτος et περισσεύω, quippe quae etiam 2 Cor. 8 : 2 conjuncta sunt, nec non χάρις et περισσεύω, utpote Rom. 5 : 15, 2 Cor. 9 : 8 quoque copulata.

V. 9. Missis factis „concatenatione” et verbo cum praepositonne εν, utpote jam satis superque tractatis (cf. v. 7), vidcamus tantum de utroque vocabulo μυστήριον et προτίθημαι. Illius vocabuli usus haud dubie est notandus; nam tantum tribui posse videtur falsario cuidam, si quidem hic falsarius vir fuerit naris emunctae. Ita enim nostra epistola hujus substantivi usu est ornata, ut non tantum hujus loci significatione idem offerat (3 : 3, 4, 9, 6 : 19), sed praeterea (5 : 32) significatione diversa; cui dupli sensui loci analogi in ὄμολ. Paulinis non desiderantur: hoc sensu 1 Cor. 13 : 2, 14 : 2, illo Rom. 16 : 25, 1 Cor. 4 : 1²⁾ (, Col. 1 : 26, 1 Tim. 3 : 9). Accedit peculiaris illa similitudo Eph. 3 : 9 inter et 1 Cor. 4 : 1: non tantum utroque loco idem vocabulum occurrit, sed etiam analogis apponuntur. Hic vero singularis est numerus, 1 Cor. (σικνόμος μυστήριων) pluralis est; praeterea illa analogia (σικνόπολα: Eph.; σικνόμος: 1 Cor.), uti versu sequente apparebit, non idem spectant; quam usus rationem falsarius pro-

1) Cf. tom. I in vocis initio.

2) Cf. tom. I in vocibus μυστήριον et σικνόμος.

1) Quatenus differat? hic minus ad rem. Cf. i. a. v. OOSTERZEE. Jaarboeken voor Wetensch. Theologie. V. p. 414.

babiliter non sumisset: tantum discrimin in imitando ei non placuisse. Qualis igitur falsarius hypotheticus si admitti nequit, PAULUS vocabuli auctor sit fere necesse est. Uti ex modo dictis jam apparet; accedit quod MAYERHOFF¹⁾, ex tantum non omissio hoc vocabulo argumentum e silentio petens contra epistolae ad Col. authentiam, ejus colorem Paulinum haud parum urget. — Longe alia eaque brevis tantum observatio est de verbo προτίθημι: nusquam alibi in Novo T. ponitur praeter δύνα. Paulina, neque in hisce frequens est²⁾ — igitur ex frequentia falsarius argumentum petere non potuit ut ipso uteretur —. Significatio autem hoc loco ad caeterorum locorum quadrare videtur; quibus quum adduntur Rom. 8 : 28, 9 : 11, ubi πρόθετις (cf. v. 11) analoga significatione occurrit, satis patet hanc vocem prae se ferre colorem Paulinum.

V. 10. Nomen οἰκονομία non tale est quod imitandi causa ab aliquo poneretur. Quod enim, ipsum PAULO quidem consuetum, haud sine causa sensu in nostris litteris discrepare WETTIO³⁾ visum est. Contra quem vere profecto RINCK⁴⁾ observat: „Οἰκονομία est munus

1) Ll. p. 87: „das Wort μυστήριον, ein eigentliches Lieblingswort des PAULUS und seiner Schule — denn ausserhalb dieser kommt es nur noch Matth. XIII., 11. (daraus Marc. IV. 11) vor — findet sich“ etc. Postrema autem minus recte se habere docent et Ic. 8 : 10 et Ap. 1 : 20, 10 : 7, 17 : 5, 7.

2) Cf. tom. I in voce.

3) Ad Eph. 1 : 10: „οἰκονομία ist h. und 3, 9. nicht wie sonst (3, 2.) von den Aposteln als οἰκονόμοις Θεοῦ gebraucht sondern Gott selbst wird als οἰκονόμος gedacht.“

4) Ll. p. 80 sq. — Caeterum de hoc aliisque vocabulis quibus DE WETTE tanquam PAULO insolitis notam inurit dignus est qui conferatur LÜNEMANN. De Epistolae, quam PAULUS ad Ephesios dedisse perhibetur, authentia etc. p. 16. sq.

τεῦ οἰκονόμων ejusque ratio agendi, sive de homine (Luc. 16, 2) *ac doctore christiano* (1 Cor. 9, 17. Col. 1, 25) *sive de Deo ejusque gratiae dispensatione* (Eph. 1, 10. 3, 2, 9), usurpatur", — sed discrimen non tollitur. Neque vero hoc tollatur necesse esse, si cui videtur hoc vocabulum PAULO non esse abjudicandum, NIERMEYER¹⁾ ostendit. Caeterum unus est locus (3 : 2), quo sensus in vulgarem Paulinum quadrare dici potest, qui ipse autem locus, si de falsario hic sermo esse non nequit, favet sententiae litterarum linguam revera esse Paulinam. — Formula quae sequitur, *τὸ πλήρωμα τῶν καὶ ων*, iterum probabiliter non facta esset a falsario, qui scilicet non mutasset similem formulam, quae Gal. 4 : 4 occurrit²⁾. Caeterum Novi T. ratione habita merito Paulina est dicenda, quippe quia non tantum valde usitata est apud PAULUM talis conjunctio genitivi cum substantivo *πλήρωμα*, sed etiam uti vidimus Gal. 4 : 4 fere nihil differt.

'Αναπεφαλωσ̄, utpote non eo sensu aliquatenus Paulinum dicendum, quod apud PAULUM frequens est pro rata parte, sed illo quod, apud caeteros Novi T. auctores nusquam obvium, occurrit nihilominus in epist. ad Rom. (18 : 9), neque facile imitandi causa posita videbitur, eo minus quia significatio non plane eadem est³⁾ hoc atque laudato loco. Quae tamen significatio non tantopere discrepat, quin perhibere liceat silentio

1) Quod ad WETTII scrupulum probe NIERMEYER (ll. p. 481) dicit: "Is het ook hem (PAULUS) niet eigen, woorden of uitdrukkingen van zijn eigen wezen of bedrijf te ontleenen en op God toe te passen?"

2) Vid. tom. I in voce *πλήρωμα*.

3) MEYER ad Eph. 1 : 10. "Hier aber liegt in Christo dieser einigende Hauptpunkt der Wiederzusammenfassung, welche daher nicht *verbal* wie Rom. 1. 1., sondern *real* ist."

praetereundum esse vocis usum, eo magis quia utroque loco medium positum est. — Nomen abstractum cum genitivis, „concatenatio” et verbum cum praepositione *ἐν*, insuper hic conspicua, vidd. supra v. 5, 6, 3.

V. 11 sq. Supra (p. 13) scripsimus: „Imprimis est Paulinae scribendi methodi, varias inter se conjungere sentencias repetito pronomine relativo, etiamsi hoc pronomen attineat ad diversa subjecta.” Tota nostra epistola, maxime autem hi versus in hacce repetitione relativi colorem Paulinum pree se ferunt. Qualis idiotismus, upote grammaticam non vero lexicon spectans, quanti sit ponderis in nostra disquisitione, sponte apparet ex iis quae jam saepius observavimus. — Postremum quoque valet de usus ratione verbi *ἐνεργῶ*¹⁾, quod igitur itidem haud levem ob causam hujus linguae idioma PAULO addicit. De ejusdem versus vocabulo *πρόθεσις* monere licet: falsarius haud dubie illud non dignum habuisse quod poneret, quia non tantum saepius in Novo T. occurrit in illa formula *ἄρτοι τῆς πρόθεσεως*, sed etiam in Actis dicitur de *consilio* (27:13), nec non de *decreto* (11:23), eadem fere significatione quae hic occurrit. Tamen aliquid probari potest ex ratione qua usurpatur: videlicet et hoc loco et, ubi praeterea exstat, (Eph.) 3:11 de *decreto divino* usurpatur, quomodo in Novo T. nonnisi in epist. ad Rom. adhibetur; praeterea eadem constructio adest Rom. 8:28: *τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς* (, 2 Tim. 1:9: *κατὰ ἴδιαν πρόθεσιν*); postremo ex vocabulo analogo *προτίθημι* (cf. v. 9) luce clarus patet quantopere *πρόθεσις* quadret ad linguam Paulinam. Verbum cum praepositione *ἐν*,

1) Cff. ea quae antea (p. 23 sq.) diximus: „contra quam minime PAULUM effugit aliquod interesse activum inter et medium verbi *ἐνεργῶ*: scilicet apud PAULUM subjectum efficiens in activo est personale in medio vero impersonale.”

verbum *προεπίζω* cum *εἰς* et formula ἡ βουλὴ τοῦ θελήματος, etiam in hoc versu obvia, vidd. v. 3, 5.

Observatio grammaticae ratione habita modo allata de falsario insuper probat judicium, versus sequentis idioma PAULO esse adscribendum. Nam infinitivum cum praepositione *εἰς* substantivi loco positum, in qualem etiam hoc loco incidimus: *εἰς τὸ εἶναι*, antea (p. 33) jam novimus tanquam aliquatenus idiotismum Paulinum, videlicet ubi diximus: „quae forma dicendi adeo accepta est ori Paulino ut infinitivus cum *τινὶ* (jam quodammodo ad linguae Paulinae idioma referendus) nonnunquam posthabeatur eique cedere debeat.” Denique *προελπίζω* est ἀπαξ λεγόμενον, de quo vocabulo igitur in utramque partem disputare licet¹⁾. Comparata autem formula ἐλπίζω ἐν *τινὶ* (1 Cor. 15 : 19) cum nostra *προελπίζω* ἐν *τινὶ*, quam minime in sententiam adducimur, hanc PAULO esse abjudicandum.

Vs. 13 sq. Formulae *εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας* (vel *τῆς εἰρήνης*: 6 : 15) et *σφραγίζω τινά τινι* (vel ἐν *τινι*: 4 : 30) ipsae apud PAULUM non exstant; cum illa autem si comparamus *εὐαγγ.* *τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ* (2 Cor. 5 : 5), *εὐαγγ.* *τῆς ἀκροβυστίας* (Gal. 2 : 7) (, *εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ*: Act. 20 : 24), cum hac *σφρ.* *τινά* (2 Cor. 1 : 22), *σφρ.* *τι τινι* (Rom. 15 : 28), nequaquam abjudicabimus dictioni Paulinae. — Versus sequentis nomen *ἀρραβών*, per se jam satis Paulinum in Novo T., ejusdem generis contextu utitur atque idem 2 Cor. 1 : 22,

1) VAN MANEN (Over de echtheid van 1 Thess. p. 137) vere scripsit: „Hoe toch zullen wij van een woord, dat slechts eenmaal voorkomt in het N. T., kunnen aantonen of het al dan niet meermalen gebruikt is door den schrijver, die het noemt? Intusschen kunnen die hapaxlegomena tegen de echtheid van een geschrift evenmin getuigen, tenzij” etc. Cf. supra p. 93 sq.

5 : 5: non tantum enim hoc quoque loco genitivus sequitur, sed etiam ἀξιοβάν ad idem substantivum, πνεῦμα, referendum est. Quae quum ita sini de similitudine, eaque haud ficta, sermo esse potest. Quod ad nomen περιποίησις, WETTIO visum sensu discrepare ab usitato Paulino, RINCK¹⁾ jure ita absolvit: „Περιποίησις tribus locis 1 Thess. 5, 9, 2 Thess. 2, 14 et Hebr. 10, 39 proprium significatum acquisitionis habet, sed Eph. 1, 14 per licitam metonymiam loco τῶν περιποιήσεων usurpatur.”

CAPUT II : 1—7.

1 Καὶ ὑμᾶς δύτας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν καὶ τοῖς ἀμαρτίαις ὑμῶν, 2 ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἔξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, 3 ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημεν ποτε ἐνταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τὰν διανοιῶν, καὶ ἡμεν τέκνα Φύσει ὄργης ὡς καὶ οἱ λοιποί, 4 ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὡν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν

1) Ll. p. 80.— HARTING (ll. p. 276) itidem: „Ηερμοίησις in den zin van een bijzonder eigendom of het eigene”. — Cf. saepius laudatum **גָּלָל** de gente Judaica, et id quod affert RÜCKERT ad Eph.

1 : 14: „PAULUS liebt die Bezeichnungen, die ehedem von den Juden gegolten hatten, auf das neue Volk Gottes, das er allein noch als solches anerkannt, überzutragen; warum sollte er nicht dasselbe auch einmal τὴν περιποίησιν genannt haben?” — NIERMAYER (ll. p. 480), neque alienus ab hac sententia, tamen addit: „PAULUS zegt, dat de Heilige Geest een onderpand is onzer erfenis tot de verlossing der verkrijging, dat is, waarvan de verkrijging, namelijk der onmiddelijk vooraf vermelde erfenis, een gevolg is.”

πολλὴν ἀγάπην αὐτῷ ἦν ἡγάπησεν ἡμᾶς, 5 καὶ ἔντας ἡμᾶς νεκρούς τοῖς παραπτώμασιν συνεζωποίησεν τῷ Χριστῷ, — χάριτί ἔστε σεσωσμένοι, — 6 καὶ συνήγειρεν καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, 7 οὐαὶ ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσιν τοῖς ἐπερχομένοις τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χοντρότητι ἐφ' ὑμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Praemittenda est animadversio quaedam de cunctis his versibus collectim. WILKE nempe, uti vidimus, eodem nomine hanc pericopen carpit atque tractatam illam 1 : 3—14, videlicet ob orationem pendentem. Quae vero quum antea (ad ll.) jam absoluta sit etiam hujus pericopes ratione habita, conferantur velim quae ibi de ea attuli.

V. 1. Rationem qua adjectivum *νεκρός* hoc loco usurpatum, scilicet sensu metaphorico sq. dativo instrumentalis, quam minime PAULO esse abjudicandam, satis conspicuum est comparatis Rom. 6 : 11, ubi *νεκρός* metaph. positum itidem dativum post se habet: *νεκρὸς τῇ ἀμαρτίᾳ*, et WINER. Gramm. p. 194, ubi dativi instrumenti varia afferuntur exempla ex δρολ. Paulinis (nec non ex ἀντιλ.). Falsarium autem non eo modo imitaturum esse PAULUM, sed ita ut color Paulinus magis in promptu sit omnibus, quis est qui dubitaret? — Usus synonymorum, *παραπτώματα* καὶ *ἀμαρτίαι*, vid. supra 1 : 4.

V. 2. Quamvis fieri possit ut praepositio *κατά* in formula *κατὰ τὸν ἄρχοντα* explicetur eodem pacto atque praecedens *κατά* (in formula *κατὰ τὸν αἰῶνα*), probabiliter tamen unicus veras sensus est secundum voluntatem, ad libitum (alicujus). Quod si ita est, incidimus hic in idiotismum de quo antea (p. 40) scripsimus: „illud *κατά τινα* (secundum voluntatem alicujus) haud dubie quam maxime esse Paulinum in Novo T. et tantum non ubicunque extra.” — Genitivum τοῦ

πνεύματος alii hypallagen pro τὸ πνεῦμα¹⁾, alii appositorum genitivi τῆς ἐξουσίας habent, WETTIO utrumque improbante. Contra quem RINCK²⁾ haud inepte animadvertisit: „PAULUS vero cum genitivos cumulat modo priori, modo posteriori vim adjectivi dat (Eph. 1, 6. 8, 11. 16. WINER. Gr. p. 175); itaque ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας est vel dominus potens vel dominans potestas; si illud, τοῦ πνεύματος appositum est grammaticale τῆς ἐξουσίας, sed sensu ad τὸν ἄρχοντα pertinet (quasi ἄρχοντα πνευματικόν); si hoc, ὁ ἄρχων τοῦ πνεύματος est dominans spiritus et neutra ratione quisquam merito gravabitur.” Idem audiendus est ubi de praecedente vocabulo αἰών breviter ita exponit: „Αἰών non modo temporis spatium, sed etiam aetatem et vitae rationem significat Eph. 2, 2. Rom. 12, 2. 1 Cor. 2, 6. Gal. 1, 4”³⁾. — Pleonasmus temere fictus, appositorum, participium articulum habens et verbum ἐνεργῶ, praeterea hic obvia, vidd. supra 1:5, 3, 11.

V. 3. Quod attinet ad repetitam praepositionem εὐ-

1) E. g. NIERMEYER (ll. p. 463 sq.), qui haec habet i. a.: „Bevreemdend is (volgens DE WETTE) de Gen. πνεύματος. Eene onbeduidende bedenking! Het is blijkbaar eene onnaauwkeurigheid in het schrijven, die niemands kenmerkende schrijfwijze zijn kon.”

2) Ll. p. 60.

3) Ll. p. 81. Neque silentio praetermundus est HARTING (ll. p. 278): „Wanneer DE WETTE, vervolgens, bij αἰών II: 2 aanteekent, dat dit woord anders „ziemlich gleichbedeutend“ met οὐρανός gebruikt wordt, dan geloof ik, dat Doch zeker is het, dat Eph. II: 2 (ook naar DE WETTE's eigen bekentenis) αἰών in zijne ware, eigenlijke beteekenis voorkomt, in de beteekenis, die het bij PAULUS doorgaans heeft (verg. ons *eeuw*)”, — nec NIERMEYER (ll. p. 489, ubi conferre jubit quae de analogo wéralt [ex vetere lingua Germanica] attulit JACOB GRIMM [*Deutsche Gramm.* Band III. S. 394 u. s. w. Verg. *Deutsche Mythologie*, S. 457 u. s. w.]): „Ingeval zij (de uitdrukking ὁ αἰών τοῦ οὐρανοῦ τοῖτον) vreemd was, zou zij het zijn, en in gelijke mate als bij PAULUS, bij elken schrijver.”

in formula: ἐν οἷς ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκός, non tantum provocamus ad ea quae antea (1 : 3) de ea praepositione attulimus, sed etiam conferatur velim 2 Cor. 1 : 12, ubi apud idem verbum praepositio ἐν itidem repetitur, igitur probatur hanc dicendi rationem quam maxime esse Paulinum. Quae quidem similitudo talis est ut de falsario sermo esse posset; hoc tamen vetat alius locus Paulinus, Gal. 6 : 8 : ὁ σπειρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, nam falsario displicuissest tantum discrimen suam epistolam inter et hunc locum, — omisisset saltem substantivo σαρκός praemissum ἐπιθυμίαις. Neque addisset falsarius, pluralem τὰ θελήματα, utpote a Paulina dictione tantum non alienum¹⁾. — Paulinam dicendi rationem in mentem revocat genitivi δργῆς disjunctio a nomine regente τέκνα, quae fit per vocabulum interpositum φύσει; quamvis enim afferri possit causa²⁾, qua motus auctor hoc ordine posuerit vocabula, nequaquam coactus erat hunc sibi sumere, si minus ipsi placeret. Neque potest non in mentem revocare notam illam formulam τηεύη δργῆς (Rom. 9 : 22) hacc nostra τέκνα φύσει δργῆς, in qua formula praeterea usus vocabuli φύσις prorsus quadrat ad ejusdem vocabuli usus rationem, quae in Novo T. nonnisi apud Paulum obvia est: φύσει fere = κατὰ φύσιν. — Pleonasmus temere fictus, in hoc versu quoque conspicuus, vid. supra 1 : 5.

1) Obvium est τὰ θελήματα etiam Act. 13 : 22 in oratione Paulina, sed nonnisi loco quodam citato ex Vetere T. et significatione quodammodo diversa ab hujus loci sensu.

2) Cf. MEYER ad h. l., nec non WINER. p. 172 („Dageg. war Eph. 2 : 3 kaum eine andere stellung der Worte möglich, wenn nicht (ζημειον γίοις i. o.) ein ungebührlicher Nachdruck auf γίοις fallen sollte“. Merito quidem additur *kaum*).

V. 4 sq. In versa quarto occurrit nonnisi *verbū cūm nomine conjugato*. Nihil autem dignum videtur, quod praeterea moneatur. Neque de versu sequente plura sunt animadvertisenda. Vocabulum enim *νεκρός*, quod ibi exstat, jam tactum est in versu primo. Et quod addi posset, scilicet versum quintum sq. aliis verbis similia docere atque Rom. 6 : 4 sq. et 1 Cor. 6 : 14 : nova vita hominis Christiani nititur Dei vi, quae CHRISTUM etiam vivificavit, — propositi ratione habita minus ad rem attinet.

V. 6 sq. Horum versuum uterque iterum modo paucis absolvendus est. Pleonasmus spurius, ut ita dicam, quem DE WETTE in his duabus improbat ¹⁾, vid. supra 1 : 3, ubi insuper vid. in versu sexto obvium nomen *ἐπουράνια*. — In versa altero animadverteuda sunt substantivum *πλαῦτος* cum genitivo objectivo, articulus omissus inter bina nomina, quorum unum cum praepositione alteri subest, pleonasmus temere fictus et frequens praepositio *ἐν*: vidd. supra 1 : 7, 3, 5. Vocabula *ὑπερβάλλων* et *χρηστότης* in Novo T. quodammodo Paulinae dicendi rationi sunt tribuenda, quum nonnisi in *ὅμοι*. Paulinis et passim in *ἀντιλ.* inveniantur. Itaque fore tantum reliquum esset, si quis PAULO ea tribuere nollet, ut facta haberentur a falsario; quod tamen, quamvis de hoc praedicare liceret, de illo fieri non posset, saltem non alterutro loco hujus epistulae ubi insuper exstat. Nam praeter (Eph.) 1 : 19, ubi quemadmodum semper in *ὅμοι*. adjectivi vice fungitur, *ὑπερβάλλων* etiam adhibetur 3 : 19, et hoc quidem loco non itidem pro adjectivo ponitur, sed

1) Cujusmodi pleonasmos ornavit titulo: „überflüssige oder doch nur schmückende Formeln.”

tanquam verbum, idque cum genitivo pro usitato accusativo.

CAP. III: 13—19.

13 Διὸς αἰτοῦμαί μὴ ἐνκακεῖν ἐν ταῖς θλιψεῖν μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἢτις ἔστιν δέξα ὑμῶν. 14 Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα ¹⁾, 15 ἐξ οὐ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς δυναχέσται, 16 ἵνα δώῃ ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιοθήναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἕστω ἄνθρωπον. 17 κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, 18 ἐν ἀγάπῃ ἐρρίζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσιν τοῖς ἀγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὑψος, 19 γνῶναι τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.

Initium sumendum est a tractanda ratione qua absolvenda sit parenthesis incipiens versu secundo hujus capitinis. Viri docti haud parum hac de re disputatione adhuc sub judice lis est. Perpensis autem variis sententiis nulla praestare videtur ei quae digressionem finitam habet versu decimo tertio, ita ut v. 14. demum continuaret orationem versu secundo interpellatam. Merito igitur i. a. HARLESS laudat quae THEODORETUS ad h. l. in medium affert: Βούλεται μὲν εἰπεῖν· ὅτι ταῦτη

1) DE WETTE cum textu rec. tuetur (*πατέρα*) τοῦ αὐτοῦ ἡμῶν *Iη-*
ων Χριστοῦ. ELLICOTT, rejiciens, affert ad h. l.: «The interpolation
of the words , though undoubtedly ancient, and well supported
[D E F G K L Ξ⁴.....], is rightly rejected in favour of the text
[A B C Ξ¹.....] by nearly all modern editors except DE WETTE and
EADIE.»

ὑμῶν τὴν κλῆσιν εἰδώς οὐτα. δέομαι καὶ ἵετέσθι τὸν τῶν
ἔλων Θεόν, Βεβαιῶσαι ὑμᾶς τῇ πίστει οὐτα. Ταῦτα πάντα
ἐν μέσῳ τεθεικάς ἀναλαμβάνει (v. 14.) τὸν περὶ προσευχῆς
λόγον ¹⁾). Auctor ergo v. 13. viam sibi stravit, qua v.
14. rediret, unde v. 1. profectus est.

Quae quum ita sint, reliquum est ut audiamus WETTII scrupulum contra horum versuum structuram injectum. Qui scilicet perhibet conjunctionem διό v. 13. ob paulo post sequentem τούτου χάριν vitiosum esse multumque obscuritatis afferre ²⁾. Contra quem haud male RINCK animadvertisit: „Verum est, PAULUM, ut magna ingenia solent, involuto sermone saepius uti, bonos interpretis requirere eorumque sagacitatem exercere ³⁾. Nostro loco perspicuitati quantum satis consultum est, quoniam v. 14 eadem verba versiculi 1

1) HARLESS ad Eph. 3 : 1. Quibus haud inepte ELLICOTT (ad Eph. 3 : 14) addit: *μνήμην χάριν* referring to the train of thought at the end of ch. II., and to the ideas parallel to it in the digression". WINER (p. 500) tantum non eadem habet.

2) Ipsissima WETTII (ad Eph. Einleitung) verba haec sunt: „Eine solche Unterbrechung der Construction wie 3, 2—14. würde P. sich vielleicht erlaubt haben (vgl. Philem. 12.), nicht aber eine solche durch Vs. 13. verundeutlichte Wiederkanknung". Itaque interruptam constructionem PAULO tribui posse, de WETTE ultero fatetur; idem praeterea sponte appareret ex iis quae supra (p. 65) scripsimus: „Quamvis autem apud PAULUM vulgo breves sunt parentheses, nihilominus longior non omnino desideratur."

3) NIERMAYER (Il. p. 434): „Als of PAULUS altijd op een volkomen duidelijke wijze den draad zijner redenering opvatte! Wie het weet, hoe Rom. II : 12—16 de uitleggers gekweld heeft, kan er niets onpaulinisch in vinden." — Supra p. 65 : 1) jam observavimus, operae pretium esse conferre, quantopere inter se differunt sententiae unius ejusdemque WINERI in 5. editione (p. 613) et in 6. (p. 498 sq., — ubi missa facta priore sententia parenthesis tueretur).

iterando innuitur, inceptam orationem jam procedere, versiculos 2—13 autem interjectos esse”¹⁾.

V. 13. „Si primarium quoddam substantivum articulum habens sequuntur definitioes ex nomine cum praepositione constantes, articulo repetito addi debent..... Exceptio..... — tantum non omnino referenda ad linguae Paulinae idioma proprie sic dictum: quamvis enim exceptio distinguit PAULUM a caeteris Novi T. scriptoribus, frequens est non tantum apud illum sed etiam apud auctores extra Novum T. —, quoque occurrit, si jam nominis substantivi radix construitur cum praepositione”²⁾. In hujus exceptionis memoratu dignum exemplum etiam incidimus hoc loco: *ἐν ταῖς θλιψεσίν μη πάτερ ἴμων*³⁾. Quod sane exemplum, quamvis non multum probat, utpote frequens quoque apud caeteros auctores Graecos, tamen alicujus est momenti ob causas facile intelligendas, ubi quaeritur de epistolae ad Eph. lingua. Praeterea conferatur, ubi idem est tactum, supra 1 : 3; ibi quoque vid. verbum cum praepositione *ἐν*, hic etiam obvium.

V. 14 sq. In his versibus annominationis exemplum, *πρὸς τὸν πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατρία*, favet sententiac harum litterarum idioma PAULO esse tribendum. Tale enim verborum schema, unicuique auctori Orientali adamatum, Paulinae dictioni quam maxime esse usitatum, et supra (p. 88 sq.) jam vidimus et WILKE⁴⁾ nos doceat. Nostrum autem exemplum non falsario esse

1) RINCK II. p. 66.

2) Supra p. 7 sq.

3) MEYER ad h. I.: *ἴπτερον ἴμων* ist mit Recht ohne Wiederholung des Artikels enge an *ταῖς θλιψεσίν μην* angeschlossen, weil man sagt *θλιψεσίν μηνέργειαν την* (2 Kor. 1, 6. vergl. Kol. 1, 24.).

4) Ll. p. 257: „Er (PAULUS) geht auf Wortspiele aus.”

adscribendum inde effici posse mihi videtur, quod apud PAULUM nullum inveni, unde hoc esset profectum. Qualis igitur similitudo in hac disquisitione haud parvi est momenti, eo magis utpote non ad lexicon sed ad grammaticam pertinens¹⁾. — Formulam κάμπτω τὰ γνώματα in Novo T. plus minusve Paulinam esse dicendam, inde patet quod neque haec vocabula inter se conjuncta, neque verbum κάμπτω per se in Novo T. obvium est praeter epistolas dictas Paulinas (Rom. 11 : 4, 14 : 11, Phil. 2 : 10); tamen addendum est, hoc verbum in ὀμολ. occurrere nonnisi locis ex LXX laudatis²⁾. Hoc ipsum autem non favet sententiae falsarium esse auctorem, qui praeterea non sumisset formulam cuius constructio ab uniuscujusque Novi T. formulae quodammmodo differt. Neque falsario placuissest usus substantivi πατρία, quippe quod in scriptis Paulinis dictis nusquam invenitur. — Verbum ὀνομάζω, in Novo T. pro rata parte satis frequens apud PAULUM, etiam hoc loco occurrere profecto tantum non nihil dicit; sed aliquid accessionis est rei: ter idem verbum in nostra epistola occurrit (praeter hunc locum 1 : 21, 5 : 3), et quidem semper eadem (passiva) forma qua ubique in ὀμολ. Paulinis, non autem alibi in Novo T. est obvium. Quod autem utrum falsario tribuendum sit nec ne, aequi judices examinent³⁾.

1) Cf. tom. I. p. 10, imprimis 2).

2) Rom. 11 : 4: οὐκ ἔλυμψατο γόνου τῆς Βααλ — LXX 1 Reg. 19 : 18: πέγια γόνατα ἀ οὐκ ἀπλασαν γόνου pro **כל-דברים** אֲשֶׁר לֹא-קָרְשׁ — ; 14 : 11: ἡμοὶ κάμψει πᾶν γόνον — LXX Jes. 45 : 23 idem pro **כל-ברך** כִּי הַבְּרֵעַ — .

3) Cf. de verbo ὀνομάζω tom. I. in voce. Quid propriè sibi velit, ita WINER (p. 542) tangit: „Eben so wenig darf man ὀνομάζεσθαι Rom. 15, 20... Eph. 3, 15. 5, 3. in ein blosses esse abschwächen (es

V. 16. „Eph. 1, 17. 3, 16 ἵνα δόῃ PAULO temere
vitio vertitur a DE WETTIO , quamvis optimus
quisque scriptorum graecorum pari modo ἵνε δολη (δόῃ
seriorem formam esse nonnulli Grammatici contendunt¹⁾)
hoc sensu dixisset²⁾ Sane constat, apud scrip-
tores posterioris aevi usum optativi rariorem esse, etsi
in N. T. haud inusitatum; attamen cum istis locis
PAULUS petitionem expressurus recte ἵνε cum modo
optandi construit, non convenit hinc suspiciones moveri.
Imo PAULO posterior scriptor minus etiam optativo usus
esset.“ Vere haec RINCK animadvertisit; quibus addit,
haud exploratum esse, nusquam in Novo T. praeter
litteras ἵνα δόῃ scribi. Caeterum accedit, quod neque
desideratur in his litteris usus conjunctionis ἵνε cum
subjunctivo³⁾. — Quantopere prae se fert colorem
Paulinum formula εἰς τὸν ἔτω ἀνθρωπῖνον non opus est ut
ostendam. Num potius tribuenda sit falsario quam ipsi.

steht sogar mit Nachdruck). Die von SCHWARZ comment. p. 719 sq. angeführten Parallelen aus Griechischer Schriftstellern für *καλέσθαι* oder *όρουμένεσθαι* st. *εἴραι* erledigen sich von selbst.”

1) MATTHIAE Gr. gr. p. 270. WINER p. 72 (p. 72 sq. 6. edit.)
Quamquam vide PLAT. Gorg. p. 481. XENOPH. Cyr. III, 1, 35. —
Operae protium est afferre, quod postea addidit WINER (p. 260):
„Unnöthig ist es Eph. a. a. O. mit LHM. und FR. Rom. III. 230. δόῃ
zu lesen, welche ion. Conjunctivform fürs N. T. nicht hinreichend ver-
bürgt ist.“

2) PLATO Republ. III. p. 276. HOM. Od. X, 391 (*όφεια* pro *έρα*),
HERMANN. ad Viger. n. 350.

3) WINER (p. 260) acu rem tetigit: „Wo auf *έρα* der Optativ (nach
Präs.) folgt, wie Eph. 3, 16 (wo indess sehr gute Codd. δόῃ
lesen), 1, 17., ist *έρα* nicht eigentlich Absichtspartikel, sondern der
Satz, den es beginnt, drückt den Gegenstand des Wunsches und Gebets
aus (*dass er geben möge*), und der Optativ als modus optandi ist eben
deshalb gewählt s. HARLESS zu Eph. 1, 17.“ — HARLESS, quod addere
lubet, i. a. scribit: „Die Partikel *έρα* (führt) das Object, den
Inhalt der Bitte u. s. w. ein“. — Cf. tom. I. in voce.

PAULO, viri docti judicent; probe autem teneatur: falsarius hypotheticus probabiliter non scripsisset εἰς τὸν ἔσω ἀνθρώπον, sed si quis PAULUM imitari voluisset, finxisset κατὰ τὸν ἔσω ἀνθρώπον (Rom. 7 : 22). — Antea (1 : 8) animadvertisimus haud levis esse ponderis, si in hac epistola eadem verba atque in ὁμολ. Paulinis inter se coniungerentur; quo nomine hic in censum venit substantivum πνεῦμα et in quod paulo post incidimus ἀγάπη, quippe quae etiam copulata sunt Rom. 15 : 30: παρακαλῶ..... διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος. — Substantivum πλοῦτος cum genitivo objectivo et spurius ut ita dicam pleonasmus, quae hic versus insuper exhibet, vidd. supra 1 : 7, 5. Vid. infra v. 19 verbum cum praepositione εἰς, insuper hic obvium, vel potius quod WILKIE hic obvium esse videtur.

V. 17 sq. In his versibus occurrunt verba κατοικῶ et βιζῶ, in ὁμολ. Paulinis non obvia. Haec ergo non favent sententiae falsarium esse versuum auctorem. Sed probant forte judicium, linguae idioma PAULO esse abrogandum? Abrogandum esset, si prius esset probatum orationem illam in Areopago (Act. 17.), ubi bis exstat verbum κατοικῶ (v. 24, 26), prorsus nou esse Paulinam. Quod autem ad alteram attinet, versus in quo occurrit non talis est cui facile color Paulinus adjudicaretur; ubi scilicet occurrit substantivum βέθος satis simili significatione atque etiam Rom. 11 : 33 adhibetur: profundum, id quod est fere supra captum ingenii hamani. Pleonasmus temere fictus et usus synonymorum, insuper in hoc versu conspicui, vidd. supra 1 : 5, 4.

V. 19. Verbum cum nomine conjugato, quod WILKIE i. a. in hoc versu improbandum videtur, cf. supra 1 : 3. Itidem WILKE, carpens tanquam Paulo insolitum usum frequentem verborum constructorum cum praepositione

εἰς, improbat formulam: ἵνα πληρωθῆτε *εἰς* πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ. Merito autem NIERMEYER conferre jubet 2 Cor. 1 : 21: ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς *εἰς* Χριστόν, 10 : 15: *εἰς* τὰ ἀμετρά καυχώμενοι, Gal. 3 : 17: παιδεγωγὸς *εἰς* Χριστόν, 6 : 4: *εἰς* ἑαυτὸν μονὸν τὸ καύχημα ἔξει (, Phil. 2 : 16: καύχημα *εἰς* ἡμέραν Χριστοῦ, 3 : 11: καταντήσω *εἰς* τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν); itaque luculenter docet, talem constructionem quam minime PAULO esse abrogandam ¹⁾. Hunc cacterum versum admodum prae se ferre colorem Paulinum luce clarius fit ubi animum attendimus ad ejus formulam ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ: haec enim formula, quemadmodum antea ²⁾ jam tactum est, dicenda est Paulina haud uno nomine. Contra usu verbi πληρῶμα, cum praepositione *εἰς* nullo pacto adducimur in sententiam aliquem litterarum esse auctorem, qui imitari vellet dictionem Paulinam. Magis adhuc idem valet de addito substantivo πλήρωμα, quod tamen, uti NIERMEYER indicavit, quamvis significatio hic quodammodo singularis sit, nequaquam dici potest non quadrare ad Paulinam dicendi rationem ³⁾. Alio nomine in cen-

1) NIERMEYER. II. p. 459. Eodem jure addit: „CHRISTUS en de volheid Gods zijn dus het einddoel, waartoe datgene, wat in αὐτούσιοθα en πληρωθα wordt uitgedrukt, de Christenen leiden moet. Neen, men zegge niet, dat deze uitdrukking onpaulinisch is!”

2) Tom. I. in voce ἀγάπη. Accedit non tantum vocem ἀγάπη jam quodammodo Paulinam esse dicendam in Novo T., utpote et apud JOHANNEM et apud PAULUM frequenter obviam, sed etiam ipsam dicendi formulam plane quadrare in mentem Paulinam.

3) NIERMEYER. II. p. 323 sqq., ubi fuse exponit de hujus vocabuli usus Eph. 1 : 23, qui vero locus hic in censum non venit. NIERMEYER ad b. I. haec i. a. affert: „Is CHRISTUS zelf als het ware het πλήρωμα, het afdrucksel Gods; de gemeente in hare volmaaktheid gedacht, is het πλήρωμa van Hem, die, door God tot *opperhoofd* verheven zijnde, werkzaam is om *alles in alle opzichten te vervullen*. Inderdaad het denkbeeld is zoo schoon, als Paulinisch te noemen!”

sum venire vocabulum ὑπερβάλλων, vidimus supra
2 : 7.

CAP. IV: 17—19.

17 Τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκετί ὅμᾶς περιπατεῖν καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νόδου αὐτῶν, 18 ἐσκοτωμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὸ τὴν ἀγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὸ τὴν πάρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν, 19 οἵτινες ἀπηλγηκότες ἐκυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ.

Si non minus ad rem attineret propositi ratione habitā initium mihi sumendum esse ab indicanda similitudine, quae cernitur argumentum hujus pericopes inter et illius, Rom. 1 : 28—31: καὶ καθὼς οὖν ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐπιγνῶσει πτλ. Utroque loco gentiles tanquam vitiis pleni, et haec vitia tanquam peccato effecta proponuntur. Quum autem in hac disquisitione examinare non possumus, ubinam in ὅμολ. (vel in ἀντιλ.) Paulinis aliis verbis similia afferantur atque in nostris litteris, haec missa fiant et transeamus ad:

V. 17. Formula qua hic versus incipit: Τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, varii generis praebet monenda. Videlicet mox redditurus ad pronomen τοῦτο, primo loco tanquam Paulinum notare debeo illud λέγω ἐν κυρίῳ¹⁾. Quod autem verbum λέγω non sibi relictum ponitur sed additur verbum μαρτύρομαι, inde jam aliquatenus effici

1) Cf. tom. I. in voce ἐν. Ibi exstat λέγω ἐν Χριστῷ, sed nihil minus idem probatur; imo discriminem favet sententiae falsarium non esse auctorem: num talis ita mutasset formulam illam Paulinam?

potest falsarium non esse auctorem, qui scilicet vix ita a PAULO discreparet, ut copularet haec vocabula quae nusquam apud illum conjuncta inveniuntur, quemadmodum neque λέγω et μαρτυρῶ. Caeterum quod ad talium synonymorum usum attinet, hunc nequaquam PAULO esse abrogandum supra (1 : 4) jam patuit (; locis ibi citatis addi potest 1 Thess. 4 : 1, exhibens similia synonyma iisque eadem vocabula addita: Λοιπὸν οὖν ἐρωτῶμεν ὃμης οὐκὶ παρηκλοῦμεν ἐν κυρίῳ οὐτ.). quod etiam valet de usu praepositionis εἰ (vid supra 1 : 3; cf. infra 5 : 6 sqq). Itidem de forma μαρτύρεται praedicari posse eam PAULO non esse adjudicandam, inde sequitur quod in Novo T. adhibetur nonnisi Act. 20 : 26, in oratione Paulina, et Gal. 5 : 3¹). — Dicendi formula τοῦτο οὖν λέγω (quae prorsus quadrat ad τοῦτο λέγομεν: 1 Thess. 4 : 15, praeterea) dupli modo pree se fert colorem Paulinum; quod ut conspicuum sit cum λέγω

1) Neque possum non addere, utpote in summa rem acu tangentia, nonnulla, quamvis satis multa, quae apud NIERMEYERUM (I. p. 250) monentur: „Wij hebben hier (1 Thess. 2 : 12) een eenigzins anderen vorm, namelijk μαρτυρεῖσθαι. Men zou het juist voor een wel schier onmerkbaren, maar daarom des te zckerderen trek der verdichting van onzen brief kunnen houden, dat hier μαρτυρεῖσθαι met μαρτυρᾶται en 1 Thess. II : 12 μαρτυρεῖσθαι met ditzelfde woord vereenigd is. Doch alle verdenking wijkt bij de opmerking, dat PAULUS μαρτυρεῖσθαι en μαρτυρεῖσθαι beide en bij de uitdrukking van gelijkvormige denkbeelden gebruikt. Hand XXVI : 22 en 1 Th. II : 12 bijv., bezigt hij het laatste; Hand. XX : 28, Gal. V : 3 en Ef. IV : 17 het eerste. Dit bevestigt de echtheid. Het was karakteristiek bij PAULUS dat hij μαρτυρεῖσθαι als een *Activum* gebruikte (zie deze opmerking ook bij VAN OOSTERZEE, *Hand. der Apost.* bl. 239). Een verdichter had ligtelijk van dit ongewone partij kunnen trekken, terwijl hij 1 Thess. II : 12 nabootste. Dat toch het ongewone gebruik van dit woord bij Paulus niet onopgemerkt gebleven is, blijkt uit de variant op Hand. XXVI : 22 en 1 Thess. II : 12" etc.

conferatur idem verbum Rom. 12 : 3, Gal. 5 : 2, cum τοῦτο idem pronomen 1 Cor. 7 : 29: τοῦτο δέ Φημι. Hujus vero pronominis ratione habita, id accedit quod supra ¹⁾ jam de eo in medium attulimus; de quo igitur dici potest, quamvis etiam JOHANNES i. a. ea ratione eo utitur, ipsum tamen Paulinam dicendi rationem in memoriam revocare. — Postremo de substantivo νοῦς animadvertisendum est, neque ei abjudicandum esse colorem Paulinum; non tantum enim ipsa vocula νοῦς et hoc versu et v. 23 plane quadrat ad eandem voculam in ὀμολ. Paulinis ²⁾ et formae et sensus ratione habita, quum desint ejusmodi usus in Novo T. extra scripta Paulina dicta, sed etiam conjungitur cum satis similibus atque Rom. 1 : 28: ἀδίκημας νοῦς. Simul autem ita comparatum est ut de falsario vix sermo esse possit: constructio ultimo loco ita discrepat a nostra, ut tali non facile placeret.

V. 18 sq. DE WETTE olim carpens usum verbi ἀπαλλοτριᾶς spectavit nonnisi Eph. 2 : 12; non improbavit 4 : 18. Postea autem hoc verbum ne in illo quidem capite ei scrupulum injectit ³⁾. Caeterum hujus loci (Eph. 4 : 18)

1) Pag. 12: „Saepius — non tamen apud PAULUM unice, sed inter alios quoque apud JOHANNEM — occurrit quidam pleonasmus ut ita dicam, i. e. nonnunquam idem demonstrativum (οὗτος) praecedat particulas δι, εἰ etc., infinitivum vel nomen praedicati loco positum, ut sequens enunciatio majorem consequatur emphasis”.

2) Vid. tom. I. in voce, ubi locis laudatis anumerandi sunt ex ἀντιλ.: Col. 2 : 18, 2 Thess. 2 : 2, 1 Tim. 6 : 5, 2 Tim. 3 : 8, Tit. 1 : 15.

3) NIERMEYER (ll. p. 491) de hoc verbo i. a. haec afferit: „Eph. IV: 18 laat zich eenvoudig, even als II: 12, als een verwijderd, vreemd aan iets zijn verklaren, waarbij het ἀπό het ἀλλοτριος versterkt, en dus het verre der verwijdering aanwijst. Wij houden het voor zeer gewaagd de andere beteekenis (*vervreemd zijn*) uitsluitend aan PAULUS toe te kennen”.

interpretes saepius egregie falsi sunt; nec mirum: primo adspectu fere nulla explicatio inveniri potest nisi minus placens. Propius autem insipientibus nulla nobis difficultas superest, dummodo probe teneamus qualis sit dicendi ratio; videlicet persuasum habeamus, PAULUM hie loqui, et hoc loco usum esse peculiari conjunctione ¹⁾ genitivi subjectivi Θεοῦ (significantis *vitam a Deo proficiendi, oriundam*) cum ζωή, acque ac Θεοῦ conjungitur cum διαιτήσιν ²⁾ Rom. 1 : 17, 3 : 5, 21, 22, 25, 26. Si igitur probe tenemus, Paulinam esse dicendi rationem, omnia apte quadrant. Neque falsarius auctor esse potest: non tantopere PAULUM gerere potuisset; quaesiisset forte vocabula Paulina, sed non facile constructionem a Rom. 1 : 17 etc. transtulisset et hoc quidem aliis vocibus atque ita ut primo adspectu nemo intelligeret colorem Paulinum. Praeterea autem ad falsarium quod attinet, de eo sermonem esse vix posse jam docet hujus versus primum vocabulum. Profecto non tale est quod in Novo T. non dicendum sit Paulinum; contra conspicua est similitudo ὥμολ. Paulina inter et hunc locum ea in re, quod in Novo T. non nisi hic et in epist. ad Rom. incidimus in tropicum hujus verbi usum. Construendi autem ratio comparata est ita ut falsario tribuenda non videatur: quamvis enim vulgo falsarius non spectaret rationem grammaticam, haec constructio ita differt ut discribenon lateret: Rom. 1 : 21: ἐπικοτίσθη ἡ..... παρδία, Eph. 4 : 18: ἐπικοτώμένοι (ἐπικοτισμένοι) ³⁾ τῇ διανοῇ. Sententiac autem horum versuum idioma Paulinum esse dicendum insuper favet

1) Alia v. e. Act. 11: 23: ἡ χαρις τοῦ Θεοῦ.

2) Cf. WINER. p. 167 sq., nec non v. HENGEL ad Rom. 1 : 17.

3) Minoris momenti disserim! — TISCHENDORF prius legit cum A B Ath.; alterum habent D E F G K L.

usus substantivi *ἀναθαρσία* in versu sequente, item obvii 5 : 3. Quamvis enim etiam alibi in Novo T. occurrit, unice in scriptis Paulinis dictis ponitur figurata; neque fugiat, quod tom I. in voce patet, etiam in διολ. (bis) ipsum prorsus eadem significatione atque hic usurpari: 2 Cor. 12 : 21, Gal. 5 : 9, — nec non ita Col. 3 : 5.

CAP. V : 6—14

6 Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ δρυὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὸν σιοὺς τῆς ἀπειθείας. 7 Μή σύν γίνεσθε συρμέτοχοι αὐτῶν. 8 Ἡτε γάρ ποτε σκότος, σῦν δε Φῶς ἐν κυρίῳ· ὡς τέκνα Φωτὸς περιπατεῖτε, — 9 ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Φωτὸς ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ, — 10 δοκιμάζοντες τὸ ἔστιν εὑάρεστου τῷ κυρίῳ, 11 καὶ μὴ συγκωνιῶντες τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. 12 Τὰ γὰρ προφῆται γνόμενα ὑπ' αὐτῶν αἰσχρόν ἔστιν καὶ λέγειν· 13 τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὅπδο τοῦ Φωτὸς Φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ Φανερούμενον Φῶς ἔστιν. 14 Διὸ λέγει· "Ἐγειρε ὁ καθεύδων καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός."

V. 6 sqq. De his versibus neque multa neque gravia animadvertisenda sunt. De secundo ne minimum quidem dicendum habeo, de primo tantum non nihil. Videlicet in hocce aliquid monendum est quod, quamvis analogum non desideratur in διολ. Paulinis, tamen ipsum ibi non occurrit; ita igitur comparatum est ut nullo pacto a falsario fictum censeri posset. Quo nomine in censem veniunt et verbum *ἀπατάτω* et nomina *κενοῖς λόγοις*, imprimis autem verbum. Si quis scilicet PAULUM imitari voluisset sine ullo dubio pro *ἀπατῶ* posuisse verbum *ἐξαπατῶ*, quod nempe hanc ob causam falsario

hypothetico praestaret illi verbo, quod in ὅμοι. Paulinis occurrit et quidem satis frequenter: Rom. 7 : 11, 16 : 18, 1 Cor. 3 : 18, 2 Cor. 11 : 3¹). — Neque de horum versuum tertio plura observanda sunt. Quod autem supra (1 : 3) jam animadversum est de frequente usu praepositionis εἰ non tantum in nostris litteris, sed etiam in διηγ. Paulinis, idem adhuc dicendum est de usu formulae εἰ πρόπτε, eam quam maxime esse frequentem. Profecto haec formula, si non in ὅμοι. (nec non in ἀντίλ.) Paulinis itidem saepius occurreret, testaretur contra sententiam hujus linguae idioma p[ro]ae se ferre colorem Paulinum. Quum autem revera saepenumero obvia sit et in ὅμοι. Paulinis et in hac epistola²), praeterea autem non occurrat in Novo T., Apoc. 14 : 13 excepto, sine dubio haud parum cadem formula favet judicio in his litteris linguam esse Paulinam.

V. 9 sqq. Supra (3 : 18—19) jam tacta est parenthesis 3 : 2—14, ubi vidimus talem interruptam constructionem PAULO non esse abrogandam. Operae pretium videtur ut saltem breviter huc redeamus, videlicet paucis exponendo de usu parentheses similiisque in nostris litteris. Antea (p. 64) scripseram: „in epistolis . . . pro rata parte plura quam in caeteris Novo T. scriptis exstant additamenta et interruptiones, quae parentheses efficiunt;” quibus addidi (p. 65): „alibi in novo T. haud dubie non omnina desiderantur (digressiones), sed certe numero minores sunt pro rata

1) Quibus locis ex ἀντίλ. addi possunt 2 Thess. 2 : 3, 1 Tim. 2 : 14. Neque praetereundum est apud caeteros Novi T. auctores verbum non occurrere.

2) Cf. εἰ Χριστῷ: supra 1 : 3. — Formula εἰ πρόπτε octies in epist. ad Eph. exstat; novies invenitur in sola epistola priore ad Cor., itidem in epist. ad Phil.

parte quam in scriptis Paulinis" ¹⁾). Neque igitur negari potest hac in re nostram epistolam referendam esse ad idioma Paulinum. Non enim desiderantur parentheses, digressiones similiaque: praeter horum versuum primum 1 : 20: *καὶ ἐνάστευ ἐνδεξῆται αὐτοῦ πτλ.*, 2 : 5: *χάριτι ἔστε σεσωσμένοι*, 3 : 2—14, 4 : 8—11, 5 : 12—14, alia. Quae quum non spectent *λέξεις* sed rationem grammaticam, non dici possunt in hac disquisitione nullius esse momenti ²⁾. Caeterum idem hic versus illa etiam ratione probat hanc epistolam prae se ferre colorem Paulinum, quod exhibet nomina *παρπός τοῦ Φωτὸς* et *ἀγαθωσύνη*, utpote haud uno nomine Paulina dicenda ³⁾. Idem valet de versus sequentis constructione *εὐάρεστος τῷ πυρὶ* ⁴⁾; ctiam Hebr. 13 : 21 invenitur adjективum *εὐάρεστος*, sed ibi diversa est constructio: *εὐάρεστος ἐνώπιον αὐτοῦ*. In quo versu praeterea memoratu digna sunt, quae scilicet eodem nomine in censum veniunt atque supra (3 : 16) *πνεῦμα* et *ἀγάπη*, vocabula

1) Itidem HARTING (ll. p. 60), conferre jubens quod de hac dicendi ratione attulit PALEY (De waarheid der schriftuurlijke historie van den Ap. PAULUS etc. p. 231 sqq.), perhibet: "Het is een bijzonderheid van den stijl des Apostels, dat hij, bij gelegenheid als hij van het eene of andere woord gebruik maakt waardoor eene zijn gemoed treffende gedachte in hem wordt opgewekt, zijn onderwerp soms plotseling afbreekt, om, bij wijze van tusschenzin, die nevengedachte aan zijne lezers mede te delen".

2) HARTING (ll. p. 61) affert: "Vergeten wij niet hierbij op te merken dat de aangewezen bijzonderheid in den schrijfstijl te kennelijker voor de echtheid van den Efeserbrief schijnt te pleiten, omdat zij min of meer zinstorend is, en wij haar dus wel bij PAULUS zelven kunnen verwachten maar niet ol uiterst moeijelijk bij" (eenen falsarius).

3) Cf. tom. I. in *vocabibus ἀγ.* et *π.* Locis allatis in voce *ἀγ.* addi potest ex *ἀντιλ.* 2 Thess 1 : 11.

4) Vid. tom. I. in voce *εὐάρεστος*. Cf. etiam Phil. 4 : 18.

δοκιμάζω et *σύγχρετος*, quippe quae etiam conjuncta sunt Rom. 12 : 2. — De versu 11. in medium afferenda est nonnisi una observatio eaque minoris momenti, nihilominus favens sententiae linguae idiomae Paulinum esse dicendum. Ita se habet: formula *μᾶλλον δὲ καὶ* in Novo T. praeter hunc locum unice in epist. ad Rom. (8 : 34) occurrit, et abjecta vocula *καὶ* insuper tantum Gal. 5 : 9¹⁾.

V. 12 sq. Antea (3 : 13—19) attulimus: „Verum est, PAULUM, ut magna ingenia solent, involuto sermone sappiū uti, bonos interpres requirere eorumque sagacitatem exercere.” Quod repetendum est ubi obscuritas hujus loci aliorumque WETTIO²⁾ nostram epistolam suspectam reddit. Recte autem RINCK³⁾ praedicat: „ino vero eam (epist. ad Eph.) authenticam esse (haec loca) testantur; namque obscuritatem *Paulinam* produnt, ex brevitate dicendi et subtilitate cogitandi profectam, in qua levanda impense elaboratur, uti volumina commentariorum ostendunt.” Quae loca igitur quam minime tanquam PAULO insolita improbanda sunt. Quae autem quomodounque se habeant, nullo pacto fieri potest ut faveant sententiae, falsarium esse

1) Alii etiam Rom. 8 : 34 omittunt particulam *καὶ*; sponte apparet hoc scrupulum injicere non posse.

2) Ipsius verba (ad Eph. Einleitung) haee sunt: „Die dem Ausleger so viel Mühe machende Undeutlichkeit mehrerer Stt., deren Grund zum Theil in der schwankenden Denkweise des Verf. liegt (5, 12 s. 15 s. 30 s. 6, 9.), darf auch mit zu den Verdachts-Gründen gezählt werden”.

3) Ll. p. 74. — Cf. etiam supra p. 128. — Neque silentio prætereuendum est quod WILKE (ll. p. 39) praedicat: „dasz der Schrifsteller zuweilen sich deutlich auszudrücken glaubt, während er sich undeutlich und unklar auspricht, und dasz, je lebhafteren Geistes er ist, er desto eher in den Fall kommt, sich undeutlich auszudrücken.”

auctorem. Contra vero adjectivum probat epistolae idioma revera esse Paulinum ¹⁾.

V. 14. In pericopes versu postremo duo monenda sunt, alterum spectans verbum λέγει, alterum particulam διό, utrumque suo modo probans, versum referendum esse ad idioma Paulinum. Prius ita exprimi potest: hoc loco, quemadmodum praeterea in Novi T. unice 2 Cor. 6 : 2, Gal. 3 : 16, verbum λέγει ponitur sine expresso subjecto, et quidem per ellipsis explicari debet atque subaudiendum videtur ὁ Θεὸς; alterum ita: particula διό, nec non frequens apud LUCAM, in Novo T. pro rata parte saepe a PAULO usurpatum ²⁾. Quae quidem eo majoris sunt momenti, quia hic neque desunt alia ita comparata ut ex iis effici posset versum abrogandum esse dictioni Paulinae. Haec igitur nunc eo nomine minus serupulum injiciunt. Huc pertinet et ἀπαρτίζειν ἐπιφαίνει et res quaedam majoris momenti. Videlicet primo adspectui forte difficultis est quaestio, quomodo PAULUS hoc loco uti potuerit (addito articulo) dicendi formula ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, dum caeteroquin omitteret articulum. Tamen quaestio uon est inexplicabilis. Quidquid autem de ea sentiamus, haud dubie falsario semper hunc versum abjudicabimus. Quum enim PAULUS alioquin haberet ἐκ νεκρῶν, quomodo talis scriberet ἐκ τῶν νεκρῶν? Quod tamen ad difficultatem illam attinet: speciosior est quam verior. Diceret aliquid, si PAULUS nusquam posuisset οἱ νεκροὶ; diceret aliquid, si ad idioma Paulinum pertineret ἐκ νεκρῶν ³⁾:

1) Vid. tom. I. in voce. Cf. Tit. 1 : 11.

2) Cf. supra p. 49; λέγει cf. p. 57.

3) Praeterea auctores extra Codicem S. non tantum νεκροὶ, sed etiam οἱ νεκροὶ habent. Minus reete igitur apud WINERUM (p. 112):

quam autem hoc negent Mt. 17 : 9, Mc. 6 : 14, 16 etc., illud 1 Cor. 15 : 29, 35, 52 etc., sine dubio minoris ponderis est habenda¹⁾.

CAP. VI : 21—24.

21 Ἰναὶ δὲ εἰδῆτε καὶ ὅμεις τὰ κατ' ἑμές, τι πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διδάκνοντος ἐν κυρίῳ, 22 ὃν ἔπειρψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.

23 Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπῃ μετὰ πίστεως ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. 24 Ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγηπώντων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀπόθαρσιᾳ.

Quae etiamnum sunt addenda, paucis moneri possunt. Spectant maxime horum versuum duos posteriores et quidem quam exhibent epistolae salutationem postremam. De duobus prioribus versibus imprimis ideo breviter exponi potest, quia ea in quae ibi incidimus magna ex parte antea jam tractata sunt; neque tamen eo nomine multa monentur in hoc

V. 21 sq. In censem venire possunt articolus omissus inter bina nomina quorum unum cum praepositione

„Auch die Griechen lassen vor diesem Worte regelmässig den Artikel aus“. Cf. ALEX. BUTTMANN. p. 78: **).

1) Sponte igitur apparet falsario non tribui posse hunc versum. Sed alia quaestio est num effatum: "Ἐγειρε ὁ καθεῖδων κτλ. satis colorem prae se ferat Paulinum. Evidem prope absum a negando haec verba quadrare ad idioma Paulinum. Etiamsi autem negemus necesse esset, nihilominus eodem jure epistolae idioma PAULO tribui posset: perhibere liceret, PAULUM in hoc effato non suis sed alienis usum esse verbis.

alteri subest, formula frequenter apud PAULUM obvia $\epsilon\nu\kappa\rho\iota\omega$, pronomen demonstrativum praemissum particulae $\bar{\eta}\alpha$ eo consilio ut sequens enunciatio majorem consequatur emphasin, quippe quae jam tacta sunt suo quaeque loco: omissus articulus cf. supra 1 : 3, $\epsilon\nu\kappa\rho\iota\omega$ 5 : 6 sqq., $\epsilon\nu\kappa\rho\iota\omega\ \alpha\bar{\nu}\tau\bar{\theta}\ \tau\bar{\alpha}\tau\bar{\theta}$, $\bar{\eta}\alpha$ 4 : 17, — ubi vidimus unumquidque favere sententiae harum litterarum idioma PAULO esse tribuendum. — Quamvis levioris sint momenti, addendae sunt hae duae observationes. Altera: adjec-tivum $\pi\iota\sigma\tau\bar{\iota}\bar{\varsigma}$, ubi in $\delta\mu\omega\lambda$. Paulinis voculam $\epsilon\nu$ post se habet, non additur uti Eph. 1 : 1 ($\epsilon\nu$) Χριστῷ Ἰησοῦ, sed quemadmodum hoc loco ($\epsilon\nu$) κυριῷ¹⁾; si quis igitur hac formula usus esset, PAULUM imitatus esse videri posset; qua ipsa de re autem hic non facile esse sermonem docent posteriores duo versus. Altera: substantivum $\delta\acute{a}k\bar{\nu}\bar{\sigma}\bar{\o}\bar{\nu}\bar{\varsigma}$, et extra epistolas dictas Paulinas saepius obvium in Novo T., nonnisi in iis scriptis usurpatum hujus loci significatione: 1 Cor. 3 : 5, 2 Cor. 3 : 6, 6 : 4, 11 : 15, 23 nec non passim in $\alpha\bar{\nu}\tau\bar{\iota}\bar{\lambda}$. (Col. 1 : 7, 23, 25, 1 Thess. 3 : 2, 1 Tim. 4 : 6).

V. 23 sq. Quod denique attinet ad postremam illam salutationem, quam DE WETTE²⁾ carpsit tanquam Paulo insolitam, de ejus dicendi ratione idem valet quod de aliorum locorum supra³⁾ jam saepius observavimus: falsario talem dictionem nullo pacto esse tribuendam. Contra quam minime desunt talia, quae Paulinum p[ro]ae se ferant colorem. Libenter facio cum

1) Cf. supra ad 1 : 1.

2) Ad Eph. 6 : 23 sq.: „Diese Grüsse zeichnen sich von den acht paulinischen nicht bloss durch die exegetischen Schwierigkeiten, sondern auch dadurch aus, dass sie nicht direct an die Leser des Briefes gerichtet sind.“

3) Cf. i. a. quae attulimus ad 5 : 14.

RINCKIO ejusque ipsissimis utor verbis, ubi fuse hac de re agens i. a. haec affert: „Sed impostor, puto, qualemque formulam valedicendi PAULO surripuisse; quodsi ille locus formulam peculiaris argumenti neque ut alioquin, ad lectores ipsos directam habet, propriam manum PAULI ostendit. Cujus formulae salutandi ad calcem epistolarum non ita compositae sunt, ut variare non solerent. Non minore jure argumentari posset DE WETRIUS contra ep. ad Rom., quae cum doxologia explicit, contra utramque ad Corinthios et posteriorem ad Thessal., quae cum unicis salutionibus alibi non obviis exeunt. Proinde illa formula in ep. ad Eph., ob novitatein PAULO non abjudicanda, dummodo nihil insit, quod a dicendi vel cogitandi ratione PAULI abhorreat, cui revera admodum convenire videtur”¹⁾. Cae- terum obscuritatis ratione habita, quae WETTIO hic scrupulum injecit, non possum non repetere²⁾: „imo vero eam (epist. ad Eph.) authenticam esse (loca obscura) testantur; namque obscuritatem *Paulinam* produnt, ex brevitate dicendi et subtilitate cogitandi profectam.” — Ea quidem afferenda videbantur de salutatione illa primo adspectui profecto non Paulina. Hic

1) Il. p. 76. Quomodo nostra formula Paulinae rationi dicendi et cogitandi conveniat, deinde auctor explicat; quorum postrema haec sunt: „Similem finem, sed negative 1 Cor. 16, 21 imposuit maledicens, si quis non amaverit dominum JESUM CHRISTUM. Idem sentit Apostolus et applicatur *Romanis* Rom. 15, 13 laetitiam et pacem in fide.”

2) Supra ad 5:12 sq. allata. De ea obscuritate quoque dignus est qui conferatur HARTING (Il. p. 267 sq.), qui merito contra WETTU memoratam sententiam addit: „Wat echter den anderen grond van beschuldiging betreft, zoo merken wij aan dat zulks te zeer met den geheelen aangeleg en de strekking van den brief te zamen hangt, dan dat wij er ons eenigzins over verwonderen zouden.” Neque praetereundus est NIERMEYER. Il. p. 138 sqq.

autem subsistames! haec igitur hactenus! Tantum addam de utroque vocabulo ἐν et ἀφθαρσίᾳ idem valere quod etiam antea ¹⁾ monuimus.

EPICRISIS.

Reliquum est ut denique addam institutae comparationis epicrisin ²⁾. Quomodo se habeat, paucis absolvi potest: cuncta favent sententiae, linguam epistolae ad Eph. PAULO esse tribuendam. Incidi in multa hoc judicium non negantia, egregie vero affirmantia; contra pro rata parte in pauca in contrariam sententiam adducentia ³⁾, in nulla autem prorsus improbantia, sive

1) Praepositio ἐν vid. supra 1 : 3. De substantivo ἀφθαρσίᾳ mutatis mutandis idem dicendum est quod legitur de substantivo *κεραυνίσματι* supra 1 : 13 sq.; de quo non minus operae pretium est conferre LÜNDMANNUM II., nec non NIERMEYERUM II. p. 140 : (2).

2) Non effugiat quod supra (p. 92) scripsimus: sane certior esset institutae comparationis epicrisis, si uno tenore literac essent tractatae; quod autem quum fieri nequuit haec jam sufficient. Nihilominus neque hujusmodi effectus nullius pretii est habendus, si quidem ex unguibus aliquatenus leo aestimari potest.

3) Non igitur facio cum ERASMI judicio: stylus tantum dissonat a PAULI epistolis, ut alterius videri possit, nisi pectus atque indoles Paulinae mentis hanc prorsus illi vindicaret." Caeterum quomodo explicandum sit, haud parum discriminis esse conspicuum epistolam ad Eph. inter et ὁμολ. Paulina — uti etiam ELLICOTT (II. p. XI) scribit: "in style, matter und logical connexion this sublime Epistle differs considerably from that to the Galatians" —, ita dicit HARLESS (ad Eph. p. LXVI): "es erklärt sich das aus der Verschiedenheit des Inhaltes." Neque effugiant quae HARTING (II. p. 54) affert: "dat ook in de andere brieven des Apostels een aanmerkelijk onderscheid in den geheelen uitwendigen vorm bestaat."

ficta essent a falsario, sive profecta ab alia quadam parte. Quae quum ita sint, extremam manum opusculo imponens affero supra.¹⁾ laudati LIEBERKÜHNII verba, quippe quae mutatis mutandis de mea quoque valent disquisitione: „Quare jam ita finiam totam hanc dissertationem, ut AEMILIUM PROBUM ex injusta possessione expellendum, CORNELIUM NEPOTEM in sua restituendum censem. Uter vero viciisse debeat, judices aequi examinent”^{2).}

1) Tom. I. p. 2 sq., ubi narratur, unde petitum sit hujus disquisitionis argumentum.

2) LIEBERKÜHN. II. p. 232.

Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ.

PAULUS.

THESES.

I.

Ubi agitur de scripturac alicujus authentia, quam maxime
in censum venit linguae idioma.

II.

Falsarius facile imitatur scriptoris alicujus $\lambda\epsilon\xi\epsiloni\varsigma$, minus
vero ejusdem rationem grammaticam.

III.

In scripturae alicujus authentia ex linguae idiomate dijudi-
canda, maxime vocabulorum *usus ratio*, minus *usus ipse* valet.

III.

Δικαιωθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ apud PAULUM est homo a Deo justus renunciatus.

V.

Rom. 3 : 22, 26, Gal. 2 : 16, 20, 3: 22, Eph. 3: 12, Phil. 3 : 9 formula πίστις Ἰησοῦ Χριστοῦ significat fidem in IESU CHRISTO positam, applicatam ad JESUM CHRISTUM.

VI.

In formula ἡ ἀπολύτρωσις ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (Rom. 3: 24) nomen ἀπολύτρωσις vertendum est liberatio (generatim, non speciatim redemtio).

VII.

Dan. 7: 13 verba בְּנֵי עַמּוֹ symbolice ponuntur pro gente Judaica.

VIII.

In explicando Rom. 12: 6 sqq. non in censem venit ellipsis, sed haec periphrasis: ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν (ἔχοντες) κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (τῆς δοθείσης ἡμῖν), εἴτε διακονίαν (ἔχοντες) ἐν τῇ διακονίᾳ (τῇ δοθείσῃ ἡμῖν), εἴτε ὁ διδάσκαλος (ἔχων χαρίσματα) ἐν τῇ διδάσκαλίᾳ (τῇ δοθείσῃ αὐτῷ), εἴτε ὁ παρακαλῶν (ἔχων χαρίσματα) ἐν τῇ παρακλήσει (τῇ δοθείσῃ αὐτῷ), ὁ μεταδιδόντος (ἔχ. χαρ.) ἐν ἀπλότητι, ὁ προϊστάμενος (ἔχ. χαρ.) ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν (ἔχ. χαρ.) ἐν οἰλαρότητι.

VIII.

Luc. 2: 14 non legendum est εὐδοκία, sed εὐδοκίας.

X.

Recte clariss. DOEDES (Over de Tekstkritiek des Nieuwen Verbonds. p. 374): "Daar wij den oorspronkelijken tekst willen wedervinden, behooren wij vóór alles een afschrift van den oorspronkelijken tekst in handen te nemen, en bij onze onderzoeken ten grondslag te leggen."

XI.

Theismus monisticus q. d., sibi constans, non potest non ruere in pantheismum.

XII.

Vere clariss. TER HAAR (Geschiedenis der Christelijke kerk, in tafereelen: 4. p. 265): "Het anabaptisme, verstandig bestuurd en geleid, had op de Hervorming allerweldadigst kunnen werken."

XIII.

Pastoris, doctoris et oratoris munera tam arcte conjuncta sunt, ut ecclesiae Christianae antistes nullum eorum, salvis caeteris, negligere possit.

XIV.

Merito clariss. v. OOSTERZEE (Jaarboeken voor Wetensch.

Theologic. 1853. I. p. 208): "In den strijd, dien zij tegen Rome te voeren heeft, mag de Kerk het bondgenootschap van den Staat niet angstig begeeren, maar ook de tegenwerking van den Staat niet onverschillig aanschouwen. Sterk genoeg zoo zij met den Potentaat aller Potentaten een vast verbond heeft gesloten, vraagt zij in den regel van aardsche magten geen *hulp* maar, waar zij het noodig keurt, *regt*."

XV.

Lingua epistolae ad Ephesios PAULO tribuenda est.

AAN MIJNEN BROEDER
BERNARD ALBERTUS LASONDER,
BIJ HET NADEREN ZIJNER BEVORDERING TOT
DOCTOR IN DE LETTEREN EN GODEGELEERDHEID,
NA DE VOLTOOING ZIJNER ACADEMISCHE PROEFSCHRIFTEN
OVER HET
PAULINISCH TAALEIGEN.

Heerlijk is de ure van dubbele krooning,
Die aan den eindpaal der loopbaan U beidt,
Kostlijk zij de eerkrans, uw zoetste belooning
Ziet ge in de vreugd aan uw ouders bercid.
Voegt het geen broeder, den broeder te loven,
'k Dank u geroerd met een' glimlach, een' traan,
'k Reik u mijn hand en ik wijs u naar boven,
Wat ik bedoel, heeft uw ziele verstaan!

Voorwaarts nu weer op den weg naar de waarheid,
(Reeg'lend uw tred naar de maat uwer kracht!)
Geef aan mijn' geest over 't schriftwoord de klaarheid,
Die ik als vrucht van uw vorschen verwacht!
Toch, wees bedachtzaam! o klem niet aan woorden
Angstig, als waren zij alles, u vast;
Luister wanneer u met hooger accorden,
't Ruischen des heiligen geestes verrast!


Ja van den geest, die een' PAULUS doorgloeide,
Schenk' u de Heer uit Zijn volheid een deel,
Dan, wien der wereld bekoring ook boeide,
Zijt gij des Heeren, — als PAULUS, — geheel!
Zijn Evangelie, o wil het bewaren,
Man'lijk verweren met woord en met daad;
Blijve 't uw rotssteen in 's levens bezwaren,
CHRISTUS uw Trooster, uw Licht en uw Raad!

Staande op dien rotsgrond, behoudt gij 't geloove,
Schaamt voor de blijmaar des kruises u niet;
Wien ook de twijfeling zijn zielsrust ontroove,
Niet wie, als PAULUS, op Golgotha ziet!
Staande in de vrijheid torscht nimmer uw ziele
Zwoegend het dwangjuk van stelsel of leer;
Wie er ook slaafs voor een menschenwoord kniele,
PAULUS' discipel alleen voor den Heer!

Ga dan blijmoedig , met PAULUS voor oogen ,
Ga , wordt een Dienaar van 't Goddelyk Woord ,
Zoek niet u zelven , zoek Hem te verhoogen ,
Jezus , den Vriend wien uw harte behoort .
't Godsrijk verbreiden , is dáárheen uw streven ,
Ernstig , volhardend , belangloos gericht , ...
Broeder , dan oogst gij als vrucht van uw leven :
Ziel en te voeren naar 't eeuwige Licht !

Loenen a/d Vecht ,
12 Juni 1866.

E. H. LASONDER.



ERRATA.

TOMUS I.

- 7 pag. 13 lin. sup. vivorum l. virorum.
8 " 3 " inf. arat " erat.
8 " 11 " sup. ipsa " ipsae.
11 " 10 " in 2) GERDORF " GERSDORF.
15 " 1 " sup. doceant 1); . . . " doceant 1),
18 " 2 " in 1) observatione . . . " observationes.
20 " 1 " inf. λέγων, Ὁμοία " λέγων, Ὁμοία.
26 " 12 " " conjugū " conjugii.
38 " 12 " " ; 2) " ; Gr. et Lat. metaph.; 2).
" " 11 " " 38 " 33.
55 " 5 " sup. CRISTI " CHRISTI.
57 " 1 " " dea liqua " de aliqua.
79 " 14 " " eamdem " candem.
83 " 16 " " νόμος ν " νόμον.
86 " 3 " " miserescor " miscreso.
92 " 13 " " juata " juxta.

E R R A T A.

- 106 pag. 11 lin. inf. nec u ne.
 108 " 5 " sup. το u τό.
 111 " 13 " " ἀσθενίᾳ τινός " ἀσθενίᾳ τινός.
 124 " 11 " inf. divina u divinac.

TOMUS II.

- 4 pag. 3 lin. in 2) Lehrstücke. 1. Lehrstücke.
 6 " 2 " in 1) Graeca u Graeca.
 15 " 8 " inf. πητοῦ u πηλοῦ.
 16 " 1 " in 1) revera u revera.
 19 " 2 " in 1) alicujns u alicujus.
 26 " 2 " sup. prae()ntis u praesentis.
 30 " 3 " in 3) תְּהִתָּאָן u תְּהִתָּאָן.
 36 " 4 " sup. usurpandorum u usurpandorum.
 39 " 1 " in 5) aecusativo u accusativo.
 40 " 1 " in 5) בַּידֹּו u בַּידֹּו.
 " " 3 " in 4) dabitavi u dubitavi.
 41 " 1 " in 3) serpitores u scriptores.
 45 " 2 " in 3) σανδαλοθήσονται u σανδαλοθήσονται.
 48 " 9 " sup. (DEVAR.) : II u (DEVAR.) (II.
 " " 10 " " enunci ationem u enunciationem.
 50 " 6 " " " auctoradhibet u auctor adhibet.
 " " 4 " " in 1) laudatum u laudatam.
 53 " 1 " " in 1) Codices u Codices.
 57 " 2 " inf. ἀρχοβάτων u ἀρχαβάτων.
 59 " 14 " sup. συμμαχουσόνησ u συμμαχουσόνησ.
 62 " 5 " " § 10 u § 18.
 65 " 2 " inf. § 63 sqq. u § 63.
 74 " 14 " sup. ἀνεξερεπήτα u ἀνεξερεύητα.
 " " 2 " in 3) גְּשֵׁנִי u גְּשֵׁנִי.
 75 " 2 " " in 1) יְחִשֵּׁב u יְחִשֵּׁב.
 76 " 4 " " in 1) Erklärungen u Erklärungen.
 " " 1sq. " in 2) paraphases u paraphrases.
 80 " 1 " " in 4) וַיְחִשְׁבָּנוּ u וַיְחִשְׁבָּנוּ.
 92 " 1 " " in 1) tractio u tractatio.
 93 " 7 " sup. epicrisis u epierisis.
 " " 5 " inf. pertenentia u pertinentia.

E R R A T A.

- 95 pag. 6 lln. in nota prioris pag. aecedit *u* aecedit.
- 96 " 5 " in 1) alia. " alia,
- 101 " 8 " sup. ἀλεθεῖας " ἀληθεῖας.
- 102 " " " " δομολογουρίω . . . " δομολογουμένω.
- " " 10 " " igitur " igitur.
- 103 " 1 " in 3) Hermoneutik . . . " Hermeneutik.
- 104 " 2 " sup. Ήπκη. " WILKII.
- " " 3 " inf. constreundi " construendi.
- 105 " 16 " in 1) briefen. " brieven.
- 107 " 10 " sup. πνευματικός . . . " πνευματικός.
- 109 " 16 " " coelem " coelum.
- 110 6 5sq. " in 1) ho-wever " how-ever.
- " " 4 " in 3) caeterom " cacterum.
- 111 " 2 " inf. obstracta " abstracta.
- 112 " 9 " sup. nictum. " dictum.
- " " 10 " " verbosier " verbosior.
- 113 " 6 " " έξηγυται. " έξηγήσται.
- 115 " 3 " in 2) dir " die.
- " " 4 " " deshalb " desshalb.
- 116 " 2 " " waarweid " waarheid.
- 118 " " " in 4) dignns " dignus.
- 120 " 9 " sup. colerem " colorem.
- " " 2 " in 1) esfugit " effugit.
- 122 " 3 " sup. sini " sint.
- " " 3 " inf. ένταις " ἐν ταις.
- 123 " 2 " sup. νεργοῦς " νεργοὺς.
- " " 5 " inf. veras. " verus.
- 126 " 1 " sup. versa. " versu.
- " " 15 " " versa. " versu.
- 127 " 4 " " ἐνταξεῖν " ἐγναζεῖν.
- 128 " 2 " inf. quamtum " quantum.
- " " 4 " in 2) itaque " itaque.

— 18 —

